

Primitendum sexto, intentionem hanc universalem & implicitam, sive cadat super actum baptizandi, sive super effectum baptismi triformem in baptizante esse posse, primo virtualiter, secundo habitualiter, tertio habitualiter, Divus Thomas in 4. dist. 6. q. 1. art. 2. q. 1. ad quartum, junctis 3. par. q. 6. art. 8. ad tertium, ubi quamvis mentionem non faciat nisi de actuali & habituali, tamen sub habituali includit etiam virtuales communicans in vocabulis utriusque temporis, ut explicat Cajet. & de triplici hac intentione meminit explicitè Scotus in 4. dist. 6. q. 6. §. distinguatur committer, cui postea ceteri subscribunt. Quam etiam distinctionem communitè ponunt Doctores in materia de consecratione ac de persolvendis horis Canonicis, quæ etiam in dubio proposito supponitur.

His prænotatis videtur respondendum ad primam partem questionis quatuor propositionibus; & quoniam de actu baptismi nulla est dubitatio, eo quod Calvinistæ baptizant atque idè baptizare intendunt, alioquin non baptizarent, idè ponimus primam propositionem.

Prima igitur est propositio ex Divo Thoma in 4. dist. 6. q. 1. art. 1. q. 1. ad 4. & 3. par. q. 6. art. 8. ad 3. secundum expositionem Cajet. & communis Doctorum sententiâ. Ad actum illum baptismi sufficit intentio actualis vel virtualis, sicut in actu consecrationis & in persolvendis horis Canonicis, tradunt Archid. post Hugonem in c. Solet de consecr. dist. 4. Innoc. Host. Joan. Andr. Abb. & alii in cap. Dolentes de celebrat. Missar. Card. in clem. 1. numero 7. eod. tit. & quia de hoc non est questio per se primò, idè illius probationem omittimus.

Secundò propositio est. In baptizante requiritur intentio respectu effectus proximi, sed non supremi; & hæc non explicita & in particulari, sed implicita & in universali. Hoc dictum habet tres partes quæ sigillatim probantur.

Prima pars scilicet in baptizante requiritur intentionem probatur hæc in modum. Primò quando ut utriusque productur à pluribus causis, oportet ut illæ causæ aliquando sint factæ unum ad invicem, sed effectus baptismi productur à pluribus causis, scilicet materia, formâ, ministro. Ergo requiritur ut illæ causæ fiant aliquando unum. Sed hoc fit per intentionem quæ Minister applicat formam ad materiam & suum ministerium ad utrumque & hoc totum ad Sacramenti collationem. Ergo intentio est necessaria. Et hæc ratio est Sancti Thomæ in 4. dist. 6. q. 1. art. 2. q. 1. per quam concludit non solum requiri intentionem in baptizante ad consequendum Sacramenti effectum, sed etiam ad ipsius Sacramenti perceptionem & constat ex c. Solet, ubi glossa fin. & Archid. qui id probat verbis Ambrosii de consecr. dist. 4. gloss. fin. in c. Delit. 1. q. 1. Doctores in c. 1. & c. fin. de Baptism. Unde hæc ratio valere potest etiam pro prima propositione. Secundo probatur quia cum ille actus sit humanus, debet esse propter finem intentus, c. de recedendis, c. non frustris 23. q. 5. c. ab exordio 35. dist. & habetur 1. & hic. Dixi propter finem, quia aliter esset casualis. Dixi intentus, quia si non intendere finis iste, actus vel esset agentis naturalis vel non à proposito, vel si à proposito esset fortuitus, ut patet ex 2. Phisica & hæc ratio haberi potest à Scoto ubi supra; & per hæc rationes eadem conclusio communitè à Doctoribus probatur.

Secundà pars, scilicet respectu finis proximi, non autem supremi probatur à Scoto, quia congruum videtur ut ille actus differat à quacumque alia humana actione, quod fit ex fine, c. Quisquis, c. Delicta, c. Quod dicit 41. dist. d. c. de recedendis 23. q. 5. & c. cum voluntate de sent. excom. quæ ratio licet fortè aliquibus non probetur, quia tamen ipsæmet dicit illam esse probabilem & congruam; & fact esse ut ille finis sit intentus in universali, quod est dicere fat esse intendere quod intendatur Christiani circa suos. Idè valere potest in proposito.

Tertia, scilicet talem intentionem non requiritur explicitè, & in particulari, sed sufficere implicitè, & in universali probatur ratione, auctoritate & exemplo. Ratio est quia in Concilio Florentino, in decreto fidei Eugenii IV. in §. Primum. Sacramentum definitur in casu necessitatis non solum Sacerdotem & Diaconum, sed & laicum, vel mulierem, imò etiam paganos, & hæreticos baptizare posse. Sed mulieres, pagani, hæretici, ut plurimum non intendunt illum finem in particulari & distinctè. Vel enim explicitè, & in particulari non cognoscunt, vel non credunt. Ergo satis est illum finem intendere implicitè, & in universali prout in alio continetur. Et hoc est, quod in decreto fidei citato subditur: dummodo facere intendat id quod facit Ecclesia. Quia enim Ecclesia aliquid facit, & illum finem assequitur, idè ex consequenti, & implicitè intendat illud facere, ut explicat D. Thomas d. dist. 6. q. 1. art. 3. ad quartum.

Autoritas est S. Thomæ, Riccardi, Hugonis, Scoti, Durandi & omnium Theologorum in 4. dist. 6. id asserentium. Necon est glossæ, Archidiaconi, Prepositi, & aliorum omnium Canonistarum in cap. Spiritus sanctus 1. q. 1. qui fundantur in §. Ecce, ubi refertur exemplum Alexandri Episcopi

copi Alexandri, qui cum post Missarum solemniam vidisset super ora maris ludum puerorum imitantium Episcopum, & genentium ea, quæ in Ecclesia geri mori eunt, eos ad se perducit jubet, & quid egerint percontatur, & cum illi resurrexissent baptizatos fuisse quosdam Catechumenos per verbum Athanasium, qui se Episcopum simulaverat, statim iterari baptismum non debere.

Tertia propositio est. Hæc intentio universalis, & implicita sufficienter exprimitur uno ex tribus modis, qui habentur in quinto supposito. Ita scilicet ut intendat facere vel id quod Christus facientem instruit, seu facit Ecclesia, etiam neque ad Romanam, neque ad Catholicam respiciat, imò etiam illi ad illam, quæ Schismatica est, intentionem dirigat, vel ut intendat facere, quod facit Presbiter, aut quod communitè faciunt, & intendunt Christiani.

Et quidem sufficere intendere quod facit Ecclesia omnes Theologi in 4. dist. 6. fatentur, & communitè Canonistæ de consecr. dist. 4. & pro hoc stat littera Concilii Tridentini. Can. 4. d. sess. 7. de baptismi. ubi definitur esse verum baptismum quod etiam ab hæreticis datur, in nomine Patris, &c. cum intentione faciendi quod facit Ecclesia.

Quòd autem non oporteat addere, Catholicæ, vel Romanæ, patet, quia hæretici Donatistæ (contra quos Augustinus) solum in parte Donati dicebant esse Ecclesiam; & tamen illos Augustinus negavit esse rebaptizandos, damnamus in hoc concilio Cartaginensè sub Cipriano Maritre Sanctissimo, ut habetur in cap. Quomodo de consecr. dist. 4. Tum quia Greci in Schismate ab Ecclesia Romana deficientes ad illam non respiciebant dum baptizabant, nec propterea in unione facta in Concilio Florentino sub Eugenio IV. sunt rebaptizati. Et Ecclesia Augustinum secuta sanxit hæreticos non esse rebaptizandos, cap. Offendatur, cap. Hi de quibus, cap. Nullus autem, cap. Sive hæreticus, de consecr. dist. 4. Quòd vero sufficit intendere quod facit Presbiter, vel Episcopus, vel quod Christiani faciunt patet in exemplo pueri Athanasii supra citato, & in auctoritatibus supra in 2. propositione adductis, atque in sequenti adducendis.

Quarta propositio est: Habent talem intentionem generalem, atque implicitam, etiam si opinetur per baptismum nihil conferri & vanum, ac superstitiosum quid illud esse; imò etiam si arbitretur illud esse trullam (ut Canonistæ) ajunt verè baptizat, ac propterea baptizati ab eo, rebaptizari non debent, quod probatur ratione & auctoritate.

Ratio: In baptizante non requiritur de necessitate fides, cum etiam à Pagano, ac Judæo verum baptismum conferatur, cap. Delit, capite. Offendatur, capite. Si quis per ignorantiam 1. quasi. 1. cap. Romanus, & cap. Soli de consecr. dist. 4. gloss. 1. in cap. 1. in cap. 1. de tempor. ordin. & gloss. 1. in cap. 1. de Cler. non ordin. & tradunt DD. hic, eo quòd baptismus non habet efficaciam à Ministro, sed à principali agente, qui est Christus qui principaliter in Sacramenti operatur, D. Thom. in 4. dist. 6. q. 1. art. 2. q. 2. qui generat sibi filios per fideles & infideles, per Catholicos, & hæreticos sicut Jacob per ancillas & liberâs, nam Christus est qui baptizat, quod & ab Augustino non raro inculcatur, ut patet in dist. cap. Delit, cap. Etiam, & cap. Dominus, 1. quasi. 1. in cap. Baptismus, cap. Solet, cap. Alid, &c. Cum tantum de consecr. dist. 4. Et quamvis baptismus dicatur esse Sacramentum fidei in cap. fin. de Veris. non bapt. in c. Nihil de consecr. dist. 4. & in decreto Concilii Tridentini de Justificat. c. 7. sess. 6. Et conficit non tam abiectione corporis, quam fide cordis, ut legitur in cap. Verus de consecr. dist. 4. Hoc tamen non idè dicitur, quòd fides in ministro sit necessaria, sed quia, ut ait glossa in d. cap. Nihil in ver. (Sacramentum in fide Christi consecratur, & in fide Ecclesie confertur, vel quia in nomine Trinitatis confertur, quia offerentes, & oblato tenentur credere & consentire; vel quia signum est quòd suscipiens fidem habeat, etiam si non habeat, aliquo impediente.) Hæc glossa. Item dicitur constare fide cordis, quia sine fide impius per baptismum non justificatur, cap. Quamvis de consecr. dist. 4. c. Majores infra eod. Idèque S. Sinodus dum dixit baptismum esse Sacramentum fidei, protinus addidit illa verba: sine qua nulli unquam contigit justificatio.

Autoritates post Augustinum innumere sunt. Et ex Canonistis nostris hoc tenent hic originaliter Innoc. n. 8. licet eum pro suo errore falso citet impius Kemnit in 2. par. examinis Conc. Trid. ut refert Card. Bellarm. tom. 1. de Sacram. cap. 28. §. Adit Kemnitius, & §. Ad auctoritatem, Verba Innoc. hæc sunt (Ad hoc ut aliquis baptizatus sit, necessarium est, quòd baptizans intendat baptizare, non tantum balneari, vel carnes lavare; nec tamen videtur necesse quòd effectum baptismi, quòd sciat quòd sit baptismus, scilicet quòd hic infundatur gratia, vel quòd sit Sacramentum, nec etiam oportet quòd credat hoc ipsum, imò etiam contrarium credit, & rotum reputat trullam, & deceptionem, tamen baptismus suus habet effectum. Item non est necesse, quòd baptizans sciat quid sit Ecclesia, neque quòd gerat in mente

Ecce

facere quòd sciat Ecclesia, imò si contrarium gereret in mente, scilicet non facere quòd facit Ecclesia; sed tamen facit quia formam servat, nihilominus baptizatus est, dummodo baptizare intendat: Undè si quis in casu necessitatis constituitur, vel etiam sine necessitate vadat ad Sarracenum, & dicat baptiza me & doceat eum formam, & ille Sarracenus baptizet non credens per immersionem aliquid fieri, nisi maledictionem, & non intendat eum baptizare, vel etiam maledicere secundum intentionem perentis baptismum, id est ut baptismus operetur quidquid potest, & ipse baptizans tanquam minister conferat. quod alii baptizantes conferunt, licet non credat ipsum posse aliquid operari, verè baptizatus est, sed si hoc non intendere, non baptizaret, nec est necesse quòd aliquando sciat, quid in his Ecclesia intelligat, vel etiam quòd sciat, vel credat Ecclesiam esse.) Hæc Innocentius, cuius verba ferè ad litteram transcripserunt & secuti sunt hic Hostien. n. 13. Joan. Andr. vers. Hoc autem notandum, col. 3. Aut. de Butr. vers. Quæro an ultra formam verborum, & Silveit. in verb. Baptismus 3. §. 1. num. 2. Idemque probavit Archid. in c. Solet de consecr. dist. 4. (Baptizans, inquit, quòd jocosè, vel etiam mimicè traditur, verè baptismus est si adit intentio dandi, si autem non adit, non est baptismus secundum Hugonem,) quòd dicit ut plene notat Innocentius extra de baptismi. c. 1. & sequuntur hic Prepositus, & alii communitè Anch. hic num. 2. dicens; (Non est ergo curandum in conferente baptismum, quòd male de eo sentiat & trullam, & deceptionem arbitretur, dummodo in forma confecta conferat & intendat dare, quòd dicit alii baptizantes. (Et idem Innocentius in c. fin. num. 4. infra eod. ubi ait.) Potest dici quòd etiam baptizans, & baptizatus non crederent in baptismum aliquid conferri nisi factam, dummodo baptizare intenderent, bene esset baptizatus: Sed quid si non intenderet aliud per lavationem conferri nisi factam? & tunc idem dicendum, quia baptizare intendunt, licet malam credulitatem, & intentionem habeant de viribus baptismi; sed si non intenderet conferre baptismum, sed quendam medicinam facere contra infirmitatem, sed verba forme exprimerent, tamen non crederent eum baptismum.) Hæc ille, quem similiter totidem verbis refertur hic Host. n. 7. & Joan. Andr. col. 1. ver. Quòd si baptizans & baptizatus, Butr. n. 4. eod. vers. Abb. n. 5. (Si baptizans, inquit, & baptizatus intendunt baptizare & baptizari, sed credunt quòd baptismum solum proit ad sanitatem corporis, & non anime, numquid conferatur verus baptismus? DD. quod sic. Satis enim est, quòd servetur forma tradita ab Ecclesia, & quòd isti baptizare, & baptizari intendant.) Idem DD. supra c. 1. Etiam credunt quòd baptismus sit una trullam, dummodo intendant, ut dixi baptismum conferre, eo quòd Spiritus Sanctus ad formam verborum invisibiliter operatur. Et ex recent. Navarr. in Manuali c. 22. de Sacram. Bapt. n. 7. ubi pro hac sententia adducit textum in c. Quicumque, cap. A quodam, cap. Constat, & c. Mulier de consecratione dist. 4.

Ex Theologis verò idem docuit D. Thomas in 4. dist. 6. q. 1. art. 2. q. 2. ad 1. Intentio recta ad baptismum requisita est, ut intendat facere quòd facit Ecclesia, non tamen de necessitate requiritur ut sciat propter id quòd facit Ecclesia. Item art. 3. q. 2. ad 1. Quamvis ille qui non credit baptismum esse Sacramentum, aut habere aliquam spiritualem virtutem, non infundat dum baptizat conferre Sacramentum; tamen intendit facere quomodoque quòd facit Ecclesia, & si illud repa-

ret nihil esse; Et quia Ecclesia aliquid facit, idè in consequenti, & implicitè intendit aliquid facere, quamvis non explicite. Hæc S. Thomas. Item Alexand. de Ales in 4. par. q. 16. memb. 4. Richard. in 4. dist. 6. art. 1. quasi. 2. ad 2. (Sufficit intentio faciendi quòd facit Ecclesia in universali) etiam nihil eredit, imò etiam eredit oppositum.) Item Gabr. Biel in 4. dist. 6. q. 1. (etiam eredit quòd nihil efficiat, sufficit si intendat in universali.) Item Hugo de S. Victore lib. 2. part. 6. cap. 3. (etiam si ludere fiat, dummodo facere intendat, ut patet in Athanasio.) Item Robert. Aolcott. in 4. dist. 1. art. 8. ad ultimum principale (distractus vel ludens si intendit quòd Ecclesia sufficit.) Item Jo. Bac. in 4. dist. 6. q. 1. art. 2. in fin. Item Durandus, & reliqui.

Quod secundum, scilicet, quam intentionem habeant Calvinistæ, dicendum est Calvinistæ nullam quidem vim, atque efficaciam baptismi tribuere, sed tamen debent servare materiam ac formam, atque sufficientem habere ad baptizandum intentionem.

Prima pars, id est nullam vim illos baptismi tribuere patet in dubio. Secunda pars, scilicet de materia, ac forma patet, eo quòd aqua naturalis, & in nomine, &c. se debere baptizare putant.

Tertia autem pars, scilicet de intentione, patet etiam, quia etiam Calvinistæ intendunt saltem facere quòd Christus facientem instruit, seu quòd faciunt illi qui verum habent Christi cultum; putant enim se tales esse, licet fallantur, vel certè intendunt facere, quòd facit eorum Ecclesia quocumque nomine appelleretur, quia putant eorum Ecclesiam verè esse membrum Ecclesie universalis. Hujusmodi autem intentiones sufficere, patet ex dictis in tertia propositione, quia in illis continetur implicitè, & in universali intentione Sacramenti, quòd Christus instruit, & quòd faciunt veri Christi cultores, seu vera Ecclesia, licet Calvinistæ decipiantur in horum cognitione particulari. Quamobrem baptismum collatum à Calvinistis esse validum, nec iterandum tradunt in specie Cardin. Bellarm. tom. 1. de Sacram. c. 27. §. Sed hoc merum mendacium, & Valq. disp. 128. c. 3. in fin. Quod ipsum de Ecclesia Genèv. probat idem Bellarm. loc. cit. §. Peter. Hanc autem Calvinistarum esse sententiam & Calvinum pro infansatur illius habitum, affirmant Joan. Verus, & Claudius Sanctefius, ut refert Præteolus in verb. Calvinista.

Ad argumentum responderet negando assumptum, scilicet, quòd nullam habeant intentionem, nam quòd actum, habent: quòd patet, quia baptizant, & quòd effectum habent eam, quæ sufficit, ut patet ex tertia, & quarta propositione, nec non ex secundo articulo questionis. Et cum inflant, quia nec virtuales, & sic dicimus eos habere universas implicitè, ac virtualiter, &c.

Itaque ad dubium videtur posse responderi baptismum Calvinistarum esse verum baptismum, & idè baptizatos ab eis non esse iterum baptizandos etiam sub conditione, si baptizati non sint.

Tantum ceremoniarum supplende sunt in baptizatis à Calvinistis, & in adultis prævia abjuratione, & reconciliatione, c. Quamvis, & ibi glossa. 1. c. Hi de quibus, ubi glossa. final. c. Si quis, in secundo, c. Si re vera, consecr. dist. 4. & c. Quidam de hypost.

Quæ tamen omnia subijctum censuræ Sedis Apostolicæ, & cujus determinatione ne latum quidem unguem discedere intendimus.

- 13 Papa ut homo privatus errare potest in fide, quod tamen haecenas per Dei gratiam non legitur contigisse.
- 14 Papa non dedit Deum imperatilitatem in agendo, dedit tamen infallibilitatem in definiendo.
- 15 Symboli nova editio pertinet ad solam auctoritatem Summi Pontificis.
- 16 Fides una debet esse totius Ecclesiae.
- 17 Ecclesiae iudicium in questionibus fidei est infallibile, si Ecclesia consideretur pro ut est unum corpus, cuius caput est Papa, & n. 21.
- 18 Sicus si consideretur seorsim a capite, & num. seqq.
- 19 Ecclesia corpus non est sine capite, & omnis a capite desinit in membra potestas.
- 20 Ecclesia unum caput esse existimantur Christus & Papa.
- 21 Ecclesia prout est collatio omnium fidelium, non est possibilia ut in unum conveniat ad determinandum questiones fidei, & n. seqq.
- 22 Concilium non est Ecclesia Universalis, nisi representativa.
- 23 Concilii iudicium in questionibus fidei an, & quibus casibus sit infallibile, & num. seqq. usque ad n. 37. Quid si Concilium sit congregatum sine auctoritate Papae num. 25.
- Et quid si auctoritate Papae sit congregatum, & Papa ibi sit praesens, num. 26. & 36.
- Et quid si Papa sit absens, n. 27. & 36.
- 24 Concilium sine auctoritate Papae congregatum est acephalum, schmatica Conventicula, & Synagoga Satanae.
- 25 Concilii definitiones cui Papa praesidet, sunt infallibiles, & n. 36.
- Alias scias, nisi post confirmationem Apostolicam, num. 28. & 36.
- Vel nisi Papa committat Concilio, ut talem articulum sit definitus, num. 36.
- 27 Concilium legitime congregatum habet potestatem statuendi pleno iure, sed ejus determinationes non sunt infallibiles, nisi in tribus casibus, & num. 36.
- 28 Concilium etiam legitime congregatum errare potest prout aliquando erravit.
- 29 Concilium Ephesini secundae definitiones Leo Papa tanquam haereticas damnavit.
- 30 Conciliorum decreta Romani Pontifices olim confirmabant congregata Synodo Praetorum sub Patriarchatu Romano, & praevia diligentis examinatione, & numer. 36.
- 31 Concilii definitiones post impartitam illis auctoritatem a Papa censentur Papales; non tamen infallibiles, nisi in casibus, ut n. 36.
- 32 Infallibilitas in determinationibus fidei est donum Dei Petro, & successoribus datum quod non est alteri communicabile, & num. seqq.
- 33 Gratia gratis data, quae hic enumerantur, non possunt alteri communicari, nisi a Deo.
- Donum fidei est supereminens fidei certitudo ad instruendum alios, ibid.
- 35 Imperium merum, & ea in quibus eligatur industria personae, subdelegari non possunt.
- 37 Circumcisio, & Baptismus, qui Circumcisioni successit, in quibus conveniant, & in quibus differant, & n. seqq. usque ad n. 53.
- 38 Conveniunt primo quia sicut olim per Circumcisionem, ita hodie per Baptismum remittitur originale peccatum.
- 39 Et idem Circumcisio non veterabatur, sicut nec hodie baptismus.
- 40 Secundo, quia sicut Circumcisio tam adultis, quam parvulis ex precepto Domini conferebatur; ita hodie baptismus.
- 41 Tertio, quia sicut olim sine Circumcisione nullus salvari poterat, ita nec hodie sine Baptismo.
- 42 Differant primo, quia Baptismus tam masculis, quam feminis est conferendus; sed Circumcisio ad feminas non pertinebat.
- Secundo, quia multo plus confert baptismus Christianis, quam olim Circumcisio Judaeis, n. 47.
- Tertio, quia baptismus est significativus, & facilius Circumcisione, num. 50.
- Quarto, quia Circumcisio non imprimebat Characterem, sicut nunc imprimit Baptismus, num. 51.
- Quinto, quia Circumcisio conferebat gratiam justificationem ex opere operante; nunc vero baptismus illam confert ex opere operato, n. 52.
- 43 Masculinum concipit femininum in lege non tantum humana, sed etiam divina.
- 44 Femina in veteri testamento non circumcidiebatur, sed 14 die in templum offerrebat, ibique nomen eius imponebatur, & num. seqq.
- 45 Circumcisio inflicta fuit ut signum fidei Abrahae, qui

- credidit se patrem futurum Christi sibi repromissum.
- 46 Baptismus continet virtutem Christi qui est universalis causa salutis omnium & remissionis omnium peccatorum.
- 47 Judaei quamvis per Circumcisionem damnationis periculum evitarent, tamen non intrabant in regnum Caelorum, quod fuit omnibus observatum usque ad mortem Christi.
- 48 Baptismus sit tempore Circumcisionis fuisse, januum Regni Caestris non aperisset.
- 49 Circumcisio si hodie locum haberet, Paradisi januas aperiret, sicut baptismus.
- 53 In baptismo parvulorum infunduntur virtutes Cardinalis, & morales quoad habitum, licet non quoad usum.
- 54 Peccatum originale sine consensu contrahitur, & ideo sine consensu dimittitur, sicut parvulis.
- 55 Actuale vero consensu contrahitur, & ideo sine consensu minime relaxatur.
- 56 Peccatum originale est peccatum naturae, actuale vero est peccatum personae.
- 57 Peccatum originale non est sicut sicut pronitas ad peccandum, quae remanet etiam post baptismum.
- 58 Peccatum originale quid sit.
- 59 Langnor natura dicitur.
- 60 Amentibus & dormientibus, qui non consentiunt baptismum, actuale peccatum non dimittitur, nec etiam originale.
- 61 Peccata Deus non dimittit ex parte, sed ex toto, & num. seqq.
- 62 Excommunicationibus pluribus ligatus potest absolvi ab una, nec censetur a reliquis absolutus.
- 63 Peccati originalis poena est carentia visionis Dei; Actualis vero gehennae perpetuae cruciatus.
- 64 Amentes, vel dormientes recipientes characterem baptismi, si prius propositum haberent baptismum suscipiendi, aliis secus.
- Et baptizari debent in furore etiam si contradicant, aut injuriam inferant Sacramento, ibidem.
- 65 Fallit in amentibus, qui ante usum rationis in amentiam inciderunt, qui baptizantur, sicut parvuli ex intentione Ecclesiae.
- 66 Nisi habeant dilucida intervalla.
- 67 Amentes sunt baptizandi si periculum timeatur, alioquin melius est expectare, ut sint sane mentis.
- 68 In Baptismo adultorum requiritur intentio ex parte baptizati ex necessitate Sacramenti, adeo ut baptizatus sine intentione sit deus baptizandus, & num. seqq. usque ad num. 80.
- 69 Sed si non consistat an habeat intentionem, est rebaptizandus sub conditione, si non est baptizatus.
- 70 In Baptismo adultorum non requiritur intentio actualis, sed sufficit virtualis & num. seq.
- 71 Voluntas semel posita praesumitur semper durare, nisi probetur mutata.
- 72 Amentes vel dormientes qui nunquam consenserunt baptismum vel aliquando consenserunt, sed postea contradixerunt characterem non recipient.
- 73 Ficti, qui non ore, sed corde dissentiant, baptismi suscipiunt Sacramento.
- 74 Et dicuntur ficti, qui apparenter ostendunt se rectam fidem habere & Sacramentum venerari & velle se Christo conformari & corde dissentiant & num. seqq.
- 75 Ficti quot modis dicantur.
- 76 Ficti accedentes ad Baptismum suscipiunt Sacramento; sed non effectum Sacramenti.
- 77 Et recedente fitione per cordis contritionem baptismus incipit proficere in remissionem peccatorum.
- 78 Intentio baptizati per se non requiritur ex necessitate Sacramenti, sed tantum per accidens videlicet quando prius contradixit, secundum opinionem Cajetani.
- Sed contra, num. 79.
- Characterem tunc Sacramentalis imprimitur operato, cum obicem voluntatis contraria non invenit obissentem & num. 76.
- 79 Procedit in iis qui aliquando consenserunt nec postea contradicendo obicem posuerunt.
- 80 Coactio absoluta consensum prorsus evocat.
- 81 Baptizatus vel ordinatus per coactionem absolutam, ne rem, nec characterem recipit Sacramento, & num. 91.
- 82 Contradicere plus est quam minime consentire.
- Idolis thurificare per vim absolutam coactum notam alicujus reatus non incurrit, ibidem.
- 83 Baptizatus vel ordinatus per vim conditionalem recipit Sacramento, sed non rem Sacramenti & numer. seqq. & 115.
- 84 Coactio per metum dicitur conditionaliter volens, licet absolute non velit.

- 85 Voluntas coacta voluntas est non tamen absoluta, seu libera.
- 86 Voluntas coacta non sufficit in actibus in quibus requiritur omnimoda libertas, ut in Matrimonio.
- 87 In electione.
- 88 In dotis Constitutione.
- 89 Et in professionibus.
- 90 Ordinatus coactus ad ordinem Subdiaconatus an teneatur ad continentiam & n. seq. usque in finem.
- Quid si coactio sit absoluta, n. 91.
- Et quid si coactio sit conditionalis, seu per metum n. 92.
- Quid si metus sit levis, ibidem.
- Et quid si metus sit cadens in constantem virum n. 94.
- Et quid si ordinatus prius habebat uxorem, num. 95, & num. 103.
- Et quid si uxorem non habebat, n. 98.
- 91 Ordinatus ad Subdiaconatum per coactionem absolutam non tenetur continere, quia nec recipit characterem.
- 92 Metus levis, seu vani non attenditur etiam in actibus in quibus requiritur omnimoda libertas.
- 93 Et dicitur metus vani, quem constantis viri timere non debet.
- 95 Ordinari non potest conjugatus ad sacros Ordines in praedictum usque.
- 96 Etiam Matrimonium non sit confirmatum.
- 97 Et uxor continentiam promittit.
- 98 Baptizatus per vim conditionalem compellitur ad observantiam fidei & illius sequentiam & num. 100.
- 100 Ordinatus per metum non succurritur actione quod metus causa, quia contra impressionem characteris resistit acri non potest.
- 101 Continentia est res voti non praecipit, non debet esse nisi voluntaria & n. 105.
- 102 Ordinatus ad sacros per vim conditionalem, nisi conti-

- neat, privilegii clericali non gaudet.
- 103 Ordinatus ad Subdiaconatum per vim & metum, non tenetur continere, licet uxorem non habeat secularium opinionem quam ultimum firmavit Rota & non sequuntur usque ad n. 113. & servat Cancellaria & Penitentiarum num. 108.
- 104 Metus cadens in constantem virum est iusta causa dispensandi cum Subdiacono ad Matrimonium contrahendum.
- 105 Actus omnis requirens voluntatem spontaneam, seu liberam, si fiat per voluntatem coactam, non valet.
- Continentia requirit libertatem a coactione, ibidem.
- 106 Puer ordinatus ad sacros non tenetur continere.
- 107 Metus sicut annullat votum continentiae expressum, ita & tacitum seu annexum ordini.
- 109 Baptismus est naturaliter & essentialiter annexa obligatio propterea fidei.
- 110 Ordinatus sacro non est annexa obligatio continentiae essentialiter, seu naturaliter, sed tantum accidentiter ex statuto Ecclesiae.
- 111 Subdiaconi olim licebat Matrimonium contrahere.
- 112 Ordinatus ad Subdiaconatum per vim conditionalem tenetur vivere secundum essentiam Subdiaconatus, sed non secundum illius accidentia.
- 113 Tolitani Concilii decretum de illis qui post assumptionem Belesphoricarum dignitatum officia ad conjugia redeant expeditur, & num. seqq.
- 114 Metus & violentia purgantur per liberum consensum supervenientem.
- 116 Ordinatus ad sacros per metum proveniente ab intrinseco & causis naturalibus tenetur continentiam servare.
- 117 Invitus & penitus contradicentis nec Sacramentum recipit nec rem Sacramenti.
- 118 Opinio probabilis a Concilio approbata desinit esse opinio & efficitur lex necessaria tenenda.

Majores Sacramentum Baptismi utiliter conferunt parvulis, licet per actum non credant, nec intelligant, & remittit eis peccatum originale, adultis vero, amentibus & dormientibus, est baptismus, non dimittit actuale nec etiam originale: imo nec characterem imprimitur, nisi prius habuissent propositum baptizandi, id est Baptismum suscipiendi. Hoc dicit integra haec Decretalis, secundum Joan. Andr. cum quo ceteri concordant. Dividitur ut per eum & est dogmatica, decidens magis fidei questiones.

a Nota primo ex principio textus. In majoribus Ecclesiae causis & praecipue in conventibus articulis fidei, Papam esse Iudicem privative quoad omnes, concordat. c. Multis & c. Hinc soli fedi 17. dist. & Praecepti 12. distincti. cap. Quoties 24. quaest. 1. c. Ut debitis in externis verbis de appellat. c. Per venerabilem. Qui filii sint legitimi, & c. Quomodo de election. lib. 6. cum simili. & docet S. Thomas infra citandus, num. 15. & de his in primis intelligitur Tridentina Synodus in c. 20. sess. 24. in illis verbis: Ab his excipientur causa quae iuxta canonicae sanctiones apud Sedem Apostolicam sunt tractandae. Ut plures celebres Juris consulti, & Sacri Palatii Apothecarii Auditoris olim responderunt ex auctoritate Sanctissimi a Sacra Congregatione confulti, ut dixi in c. Licit & num. 30. maxime num. 37. supra de fort. composit. An autem hujusmodi casus sint ad Sedem Apostolicam referendi ex divina institutione, an vero ex vi reservationum Apothecarum & quae sint majores cauae; Anse Episcopi exceptis definitionibus fidei & cessantibus reservationibus Apothecis, tantum habeant roestatem in suis Decretibus quantum habet summus Pontifex in Ecclesia universalis, scripti in c. Periculisom a num. 28. usque ad n. 72. maxime n. 56. supra de offic. ordin.

Illud tantum hoc loco admonendi sumus, nempe evenendum esse ab assertoribus Abbatis hinc in 1. & 2. notat. In enim cum in depressionem Romani Pontificis una cum Ludovico Romano pro viribus conatus fuisset extollere auctoritatem Concilii in schismate Bafiliensi in quo etiam Pseudo-cardinalis a Felici Antipapa creatus fuerat, ut dixi in cap. Significasti num. 49. & 56. supra de elect. ubique hoc recitatur, quod biberat, Quae hic laetitia occasione ex materia Decretalis, asserit Papam non posse decidere contra aliquid statutum Ecclesiae sine Concilio & ita intelligit textum in c. Anastasio 19. distincti. & hic glossa in verb. Concilio, quae videtur velle ut Papa in causa fidei teneatur Concilium requirere & in tali causa Concilium ut supra Papam, & subrechie Abbas rationem, quia ubi in causa fidei constat de iudicio totius Ecclesiae, Papa non potest aliquid decernere contra statutum Ecclesiae, quia possit Papa esse haereticus, & sic errare in fide, c. si Papa 40. distincti. sed tota Ecclesia errare non potest, ut cap. A Recta, & hic glossa. 1. 24. qu. 1. Cui addi potest Archid. in d. c. Anastasio n. 2. in fin. dicens: Nimis periculolum erat fidem nostram committere arbitrio unius hominis & eum sequitur Mar. Mantua, in tract. de Concilio, n. 162. inter tract. commua. tom. 2. Fagnan. in III. Lib. Decretal.

sol. 86. Verum haec assertio est erronea, primo in eo in quo dicit Papam non posse decidere sine Concilio contra statutum Ecclesiae, nam aut statuta hujusmodi sunt definitioes fidei; & tunc Papa etiam cum Concilio non potest illas revocare, quis alius convinceretur errasse, quod est impossibile, ut est textus formalis in cap. Sunt quidam 25. quaest. 1. & in c. Sicut in fin. & hic glossa. ult. 15. distincti. sed potest tantum explicare ut per D. Thom. in 2. 2. qu. 8. 1. art. 10. ad secundum, & Augusti. Triumph. in summa de potest. Eccles. qu. 10. art. 3. Aut sunt statuta juris positivae & ad mores pertinentia, & tunc potest illa tollere & abrogare etiam sine Concilio, c. Cuncta per mundum ff. primo, §. qu. 3. hic; & Apostolica Sedes sine illa Synodo procedente & solvendi quos suadus iniqui damnaverat & damnandi nulla existente synodo quos oportuit, habuit facultatem. Concilia enim non possunt statuendo praegravare legem Papae, sed Papa e converso bene contingit Concilium cum illius statuta immutare & corrigat, c. Significasti, ubi hoc fateatur ipsemet Abbas, n. 3. post Joan. Andr. n. 10. de election. Statutum de rescript. lib. 6. & notat glossa in c. Uti periculum in verb. Concilio de elect. eod. lib. quam pluribus confirmat Cardinal. Turrecrem. in Summa de Ecclesia lib. 3. c. 24. & c. 44. & propterea standum est sententiae Papae, si contradicit Ecclesiae vel Concilio, etiam in materia dogmaticum, ut docet S. Thom. in 2. 2. quaest. 5. art. 10. & scripti plenius in praedicta Decretalis. Significasti numer. 11. post Joan. Andr. hic in verb. Robur. n. 9. & alios complures. Non oblat textus in d. c. Anastasio 19. distincti. quia est apocryphus & falso tribuitur Anst. sicut ut convincitur ex notis quae habentur immediate post d. c. In verb. Anastasio. Nec similiter oblat glossa. hic, posita in verb. Concilio, quia non dicit in causis fidei Concilium esse supra Papam, sed dicit, Synodus simul cum Papa est major, quia Papa solus & illud verbum, major, debet intelligi executive, non autem intensive, ut hic notat glossa. marginalis ex Cajetan. Apologiae part. 2. c. 13. ad 6. & Turrecrem. in Summa de Ecclesia lib. 3. c. 64. dum vero glossa. dicit ubi de fide agitur, Papam teneri requirere Concilium in hoc est manifeste erronea, ut ex dictis constat & probavi latissime in d. c. Significasti a num. 11. de election. Nec contradicunt Archid. de leg. citato, quia in d. illo non figit pedes, imo 11. arguit contra eum, tum per c. Haec est fides 24. quaest. 1. Tum quia Synodus causam fidei Papae committit, ut cap. Nunc autem 11. dist. & collat ratio periculi ob assistentiam Spiritus sancti in definitionibus fidei, ut in d. c. Haec est fides, & in c. A recta 24. qu. 1.

Deinde assertio Abbatis est erronea in eo in quo dicit Papam posse errare in fide, & ideo in causis fidei non posse statuere contra sententiam Concilii, sed Ecclesiam errare non posse. Quoniam est in fide Papam errare possit ut homo privatus (quod tamen per Dei gratiam est in Beato Marco Cellino, nec in alio quocumque Romano Pontifice haecenus legitur contigisse, ut scripti in d. cap. Significasti n. 68. & c.

DE BAPTISMO

Innocentius III. *Archiepisc. po.*

CAPUT III.

MAjores Ecclesie causas, præsertim articulos fidei contingentes, ad Petri sedem referendas intelliget, qui eum quærenti Domino, quem discipuli dicerent ipsum esse, respondisse notabit: tu es Christus filius Dei vivi; & pro eo Dominum exorasse, ne deficiat fides ejus. Quibusdam igitur quæstionibus, quas contra Catholicos hæretici moverant, nos postulas respondere. Afferunt enim parvulis inutiliter baptisma conferri; quod nituntur probare, illud primò & præcipuè inducentes, quòd cum secundum verbum Jacobi Apostoli dicentis in Epistola, Caritas operit multitudinem peccatorum; & juxta illud testimonium veritatis in Evangelio de peccatrice, quæ ipsius pedes laverat, perhibentis, dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum: non nisi per charitatem & in charitate, crimina dimittantur: parvulis, qui nec sentiunt, nec consentiunt & charitatem non habent, quæ sentientibus & consentientibus tantum infunditur, peccatum non dimittitur in baptismo; & infra. Ad id autem taliter respondemus, quòd baptisma circumcisioni successit. (Absit enim, ut in illam damnatam hæresim incidamus quæ perperam affirmabat legem cum Evangelio, circumcisionem cum baptismo servandam, quoniam secundum Apostolum dicentem ad Galatas. Si circumcidimini, Christus vobis nihil prodest.) Cum ergò circumcisio tam adultis, quam parvulis ex præcepto Domini conferretur, nec baptismus, qui successit loco ipsius & generalior tamen exiit, cum tam viri, quam femine baptizentur, minoris videatur effectus, tam adultis, quam parvulis est conferendus. Sicut enim sine distinctione qualibet Mosaica lex clamat, Anima, cujus præputii caro circumcisio non fuerit, peribit de populo suo; ita nunc indistinctè vox intonat Evangelica, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non intrabit in regnum Dei, ab hac generalitate nec sexum, nec ætatem excludens. Cautè tamen notandum est, quantum plus hominè conferat Christianis, quam quondam Judæis circumcisio contulisset dictum est in fine prædictæ autoritatis inductæ de veteri Lege, Peribit de populo suo, in Evangelica verò autoritate subjunctum est, Non intrabit in regnum Dei: quoniam etiam originalis culpa remittebatur per Circumcisionis Mysterium & damnationis periculum vitabatur, non tamen perveniebatur ad Regnum Cælorum, quod usque ad mortem Christi fuit omnibus oblatum; sed per Sacramentum Baptismi Christi sanguine rubricati culpa remittitur, vitatur periculum & ad Regnum Cælorum etiam pervenitur, cujus januam Christi sanguis fidelibus suis misericorditer referavit. Absit enim ut universi parvuli pereant, quorum quotidie tanta multitudo moritur, quin & ipsis misericors Deus, qui neminem vult perire aliquod remedium procuraverit ad salutem. Cæterum ex vi litteræ satis patet, prædictas autoritates intelligendas esse tantummodò de adultis, qui habent multitudinem peccatorum; cum de parvulis non possit intelligi, qui peccato tantum originali tenentur. Similiter & illa autoritas est solvenda: qui crediderit & baptizatus fuerit & cætera: cum non possint credere parvuli, sed adulti: & ob hoc tota autoritas hæc intelligenda est de adultis, ne ad alios prima & ad alios secunda clausula referatur: quamvis nonnulli concedant, quòd parvuli credunt, non per usum, sed per habitum fidei, quem suscipiunt in baptismo; sicut & alia multa verba, secundum communem usum loquendi non ad actum, sed ad aptitudinem referuntur. Illud verò quod opposentes inducunt, fidem aut charitatem, aliasque virtutes parvulis, utpote nisi consentientibus, non infundi, à plerisque non conceditur absolūtè, cum propter hoc inter Doctores Theologos quæstio referatur; aliis asserentibus per virtutem baptismi parvulis quidem culpam remitti, sed gratiam non conferri, nonnullis docentibus dimitti peccatum, & virtutes infundi habentibus illas quoad habitum, non quoad usum, donec perveniant ad ætatem adultam.

Verum quidam ex hac solutione invenisse se credunt viam ad alias quæstiones, argumentantes ex eo quòd dicimus parvulis in baptismo peccatum originale dimitti quòd & adultis dormientibus vel amentibus, peccatum (si baptizentur) ratione simili dimittatur, cum enim neutri nec sentiant tunc vel consentiant, dicunt idem in consimilibus judicandum. Hæc verò dicimus distinguendum, quòd peccatum est duplex, originale scilicet & actuale, originale quòd absque consensu contrahitur, actuale quòd committitur consensu. Originale igitur, quòd sine consensu contrahitur, sine consensu per vim remittitur sacramenti: actuale verò, quòd consensu contrahitur, sine consensu minimè relaxatur.

Sed adhuc quæritur, quare non saltem originale peccatum amentibus & dormientibus in baptismo, sicut parvulis dimittatur? Ad hoc est taliter respondendum, quòd Dominus, qui totum hominem salvum fecit in Sabbato, opus imperfectionis non novit; & ob hoc peccata non ex parte, sed ex toto dimittit. Præterea pœna originalis peccati est carentia visionis Dei; actualis verò pœna peccati est gehennæ perpetuæ cruciatus; undè si dimitteretur alicui primum, altero non dimisso, talis non careret visione Dei propter originale dimissum & cruciaretur in gehenna perpetuò propter reatum criminis actualis, sed hæc tanquam impassibilia sese minimè patiuntur, imò sibi mutuo adversantur.

Item quæritur, utrum dormientibus & amentibus Sacramenti saltem caracter in baptismo imprimatur, ut exiti à somno, vel ab ægritudine liberati, non sint denudò baptizandi. Sunt autem nonnulli, qui dicunt, quòd Sacramenta, quæ per se sortiuntur effectum, ut baptismus & ordo cæteraque similia, non solum dormientibus & amentibus, sed invitis & contradicentibus & si non quantum ad rem, quantum tamen ad characterem conferuntur, cum non solum parvuli, qui non consentiunt sed & ficti, qui quamvis non ore, corde tamen discentiunt, accipiant Sacramentum. Sed opponitur talibus, quòd qui fuissent inviti & reluctantes immersi, saltem ratione Sacramenti ad Jurisdictionem Ecclesiasticam pertinerent, undè ad servandam regulam fidei Christianæ forent rationabiliter compellendi, verum id est Religioni (Christianæ) contrarium, ut semper invitus & penitus contradicens, ad recipiendam & servandam Christianitatem aliquis compellatur. Propter quod inter invitum, coactum & coactum, alii non absurdè distinguunt, quòd is, qui terroribus atque suppliciis violenter attrahitur & ne detrimentum incurrat, baptismi suscipit Sacramentum, talis (sicut & is, qui fictè ad baptismum accedit) caracterem suscipit Christianitatis impressum & ipse tanquam conditionaliter volens, licet absolūtè non velit, cogendus est ad observantiam fidei Christianæ; in quo casu debet intelligi decretum Concilii Tolentani, ubi dicitur, quòd qui jampridem ad Christianitatem coacti sunt, sicut factum est temporibus religiosissimi principis Sisibuti, quia jam constat eos sacramentis divinis associatos, & baptismi gratiam suscepisse & chrismate unctos esse, & corporis Domini exititisse participes, oportet etiam, ut fidem quam necessitate susceperunt, tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur, & fides quam susceperunt, vilis ac contemptibilis habeatur. Ille verò, qui numquam consentit, sed penitus contradicit; nec rem nec caracterem suscipit sacramenti; quia plus est expressè contradicere, quam minimè consentire, sicut nec ille notam alicujus reatus incurrit, qui contradicens penitus & reclamans thurificare idolis cogitur violenter. Dormientes autem & amentes, si priusquam amentiam incurrerent, aut dormirent, in contradictione persisterent, quia in eis intelligitur contradictionis propositum perdurare; & si fuerint sic immersi, caracterem non suscipiunt Sacramenti, secus autem si prius Catechumeni exitissent & habuissent propositum baptizandi; undè tales in necessitatis articulo, consuevit Ecclesia baptizare. Tunc ergò caracterem Sacramentalis imprimat operatio, cum obicem voluntatis contrariæ non invenit obstantem.

SUMMARIUM.

1. Baptismus utilis conferitur parvulis, licet per actum non credant, nec intelligant; & remittitur eis peccatum originale, & num. 40.
2. Causa majores, & præsertim fidei spectant ad Papam privativè quoad omnes.
3. Abbas Panormitanus autoritatis Concilii contra Papam acerrimus propugnator.
4. Papa non potest decidere contra statutum Ecclesie sine Concilio.
5. Papa potest errare in fide, sed tota Ecclesia errare non potest.
6. Contrarium, num. 12.

7. Declaratur, numer. 13. & 17. & numer. seqq. usque ad num. 24.
8. Fidem Christianam committere arbitrio auctoris hominis periculosum.
9. Declaratur, num. 11.
10. Fidei definitiones Papa etiam cum Concilio revocare non potest, sed tantum explicare.
11. Concilii statuta concordantia ius positivum possunt per Papam tolli & abrogari, etiam sine Concilio.
12. Cap. Anastasius 19. dist. est apocryphum, & falsè tribuitur Anastasio.
13. Concilii, & Papæ potestas est major, quam solius Papæ extensivè, non autem intensivè, & n. 17.

169. de elect. J. tamen quis non puri hominis, sed veri Dei vicem gerit hic in terra, ut dicit text. in e. Quod de reprob. l. p. l. c. dicitur. Ideo error non potest quando definit ex Cathedra tanquam Magister & caput Ecclesie, quia licet Deus ei non dederit impeccabilitatem in agendo, cap. Non nos, & hic gloss. penult. q. dicitur. dedit tamen infallibilitatem in delinquendo, ut hic & in d. capite. Hoc est fides 24. q. 1. & expresse docet D. Thom. in 2. 2. q. 1. art. 10. in corp. dicens, Ad illius auctoritatem pertinet editio Symboli, ad cuius auctoritatem pertinet finaliter determinare ea que sunt fidei ut ab omnibus inconcussa fide teneantur hoc autem pertinet ad auctoritatem Summi Pontificis, ad quem majores & difficiliore Ecclesie questiones referantur, ut dicitur in decreto dist. 17. cap. Multis, unde & Dominus Luca 22. Petro dixit, quem Summum Pontificem constituit. Ego pro te rogavi Petre, ut non desinat fides tua, & tu aliquando convexus confirma fratres tuos. Et hujus ratio est, quia una fides debet esse totius Ecclesie secundum illud 1. ad Corinth. 1. Idcirco dicitur omnes & non sint in nobis schismata, quod servari non possit, nisi quoniam fidei de fide exorta determinatur per eum qui toti Ecclesie praeest & sic ejus sententia a tota Ecclesia firmiter tenetur; & ideo ad solam auctoritatem Summi Pontificis pertinet nova editio Symboli, sicut & omnia alia que pertinent ad totam Ecclesiam sicut S. Thomas, quod pluribus Sanctorum Patrum testimonio confirmat Augustinus. Triumphus de potest. Ecclesie qu. 10. art. 1. 2. q. 11. per totum, & contra vero Ecclesia si consideratur prout est unum corpus, cuius caput est Papa, ut in e. Quodammodo 24. q. 1. tunc proculdubio in quolibet fidei iudicio Ecclesie est infallibile, quia Papa est qui definit una cum Ecclesia ut dicitur in e. 1. n. 38. usque ad n. 65. supra de pactis & tunc potestas Papae cum Ecclesia major est extendit, quoniam solus Papa ut legitur supra n. 10. & hoc sensu verum est quod Abba dicit hic in 2. not. Ecclesiam totam errare non posse, quia Christus oravit pro Petro, id est pro tota Ecclesia illa condita, sed pro Petro principaliter tanquam pro capite & prelator in d. e. Pudentia 24. q. 1. in autem accipiat Ecclesia formam a Papa, utique tunc definiendi nullam habet potestatem, quia est corpus Acephalum & c. Submittitur, 21. dist. 1. Imo non est corpus Ecclesie sine capite & omnia ex capite defluit in membra potestas, ut dicitur verbi aut Pius II. In Constitutione que incipit, In omnibus agentes cetera 6. Kalen. Maii 1467. in Bul. tom. 1. 107. 322. Ad hoc e. Non desit. 22. dist. e. Quoniam 21. dist. cap. Omnes 22. dist. & cap. Fundamenta de elect. lib. 6. Nec refragatur quod Ecclesie caput sit Christus secundum Apoll. ad Coloss. 1. & ad Ephes. 1. Quia non propterea Ecclesia dicitur corpus monstruosum, quasi habens duo capita, quandoquidem Christus & Papa unum caput esse existimantur ut Patrav. Unum Sanctum de major. & obediens. & multis comprobatur Car. Alban. de potest. Papae & Concilii in 2. part. num. 153. Rursum nihil tenet quod Christus dixerit Apoll. illi & Ecclesie; Accipite Spiritum Sanctum, & c. Inno. 10. & Matth. ult. e. Ita Dominus 19. dist. q. 1. 24. quae. 1. cap. Inno. 21. dist. 1. Quoniam ibi erat etiam Petrus ut Papa & caput Ecclesie; & ita etiam intelligi debet, quod in gloss. 1. in e. A recta 24. q. 2. Item gloss. in e. Ita Dominus in verb. Nec forte 19. dist. & DD. ubi vitaliter Ecclesiam non posse errare, quia a Spiritu Sancto gubernatur, qui est Spiritus veritatis sicut promittit Dominus Joan. 16. Cum venerit Spiritus veritatis, loquetur vobis omnia veritatem & c. Actus. 15. inquit Apoll. & c. Visum est Spiritui Sancto & nobis. Hae alique consimiles auctoritates intelliguntur de Ecclesia cum suo capite & de Apoll. & cum Petro Apollolorum Principe, lege Turrec. in e. Sixti Romani n. 2. 15. dist. Ideoque cum B. Augustinus contra Epistolam Manichei tom. 6. e. 5. dixit, Ego autem non credidero Evangelio si non crederem Ecclesiam; ex eo loco infert August. Triumph. de potest. Eccles. qu. 10. art. 1. ver. In contrarium. Ex mandato ergo Papae, qui est caput Ecclesie, illa que sunt fidei, roborantur & terminantur. Adde quod si potestas definiendi in concernentibus fidem data fuisset Ecclesie, prout est eorum & collectio omnium fidei, profecto cum non sit possibile ut tota Christianitas nisi in suo capite, in unum conveniat ad definiendum questiones fidei, huiusmodi potestas fuisset vana & frustratoria tanquam non reducibilis ad actum, ut patet in 2. Phisicor. 23. e. 4. text. 61. Quod impium esset sentire. Concilium vero non est Ecclesia universalis, nisi representativa, sed Ecclesia universalis est collectio omnium fidelium ut Abb. inquit in e. Significasti num. 3. ver. Quia dico, Quod licet Concilium Generale de electione.

24. Quod si nihilominus viget infallibilitatem definiendi fuisse daram Concilio, ut in e. Sicut dist. adhuc ostenditur hoc esse falsum, nam aut Concilium est congregatum sine auctoritate Patris & c. Acephalum ut dicitur textus in d. e. Submittitur 21. dist. nec ullam definiendi vel statuendi habet potestatem, quia

potestas dicitur Concilii habere, e. multis 17. dist. Schismatici conventicia de Sinagoga Satanae ut legitur in Bulla indictionis Concilii Lateranensis sub Julio II. in prima. tom. 4. Concilii. part. 2. pag. 14. col. 1. & in eodem Concilio sub Leone X. sess. 1. col. 1. num. 110. col. 2. & in Bulla Pii II. supra citata n. 19. & latissime comprobatur Card. Alban. in tract. de potestate Papae & Concilii part. 2. num. 188. usque ad n. 220. aut Concilium est congregatum a Papa auctoritate; & tunc si Papa hic presideat, res est extra omne dubium, ut constat ex dictis supra n. 17. in hoc casu intelligendi sunt qui dicunt Generale Concilium in spectantibus ad fidem & mores errare non posse, ut Mar. Mantica de Concilio n. 157. in fine. Aut Papa est abrens; & tunc quamvis Concilium ut potest legitime congregatum potestatem habeat in spiritualibus pleno iure, ut notat Innoc. Host. & alii in e. ex transmissa de elect. Callidus, de Boncompagn. de potestate Papae n. 75. inter tract. communes tom. 14. fol. 352. tamen ejus iudicium non est infallibile, nisi post confirmationem Romani Pontificis, ut infra num. 31. & 35. quia Christus non pro Apollolorum Concilio, sed pro Petro rogavit, ut non desinat fides ejus, ut dicitur in supra n. 15. & 16. Unde Concilium errare potest, pro ut alia erant, ut e. de pallio & c. Placuit juncti e. Trias 26. q. 2. & notat Abbas in e. Significasti n. 3. de elect. Card. Turrecem. in e. Anusis in fine 19. dist. & Card. Alban. de potestate Papae & Concilii in secunda parte n. 107.

Idcirco licet universale Concilium Ephesinum II. Extirpanda heresi gratia fuerit legitima auctoritate inchoatum, nihilominus Leo Papa minime probavit ipsius Concilii definitiones, imo illas in sequenti Concilio Calcedonensi tanquam haereticas damnavit, ut referunt D. Turrecem. in Summa de Ecclesia lib. 2. e. 100. unde non fuit Romanorum Pontificum cum confirmatione edicta Decreta Conciliorum universalium quibus personaliter non interfuerant, congregare Synodum Praelatorum qui erant sub Patriarchatu Romano; & libidem praevia diligent examinatione illa confirmabant, sicut legitur de Beato Silvestro, cum Decreta Concilii Niceni approbasset ut notat Turrecem. ubi supra.

Nec praedictis adversari, quod cum omnia Concilia per Romani Pontificis auctoritatem celebrantur, ut legitur in d. e. Significasti circa finem, ver. Cum omnia Concilia de elect. Illorum definitiones post impartitam eius auctoritatem censeri debeant Papales & consequenter infallibiles, e. si Apollonia, e. si cum & c. Hi qui in fine de prob. lib. 6. e. cum aliquibus de reprob. eod. lib. quia omnia nostra facimus, quibus auctoritatem impartitur, l. 1. §. Sed neque, eod. de ver. tur. emul. & qui per alium facit & c. qui per alium de reg. jur. lib. 6.

Nam respondetur praedicta regulari procedere in his tantum que ex sui natura possunt alicui delegari secundum eas que leguntur & notantur in l. 1. ff. de offi. ejus & in d. reg. qui per alium, & infallibilitas in determinationibus fidei non est huiusmodi, quia sicut dicitur collata ipsi Petro & c. Petri persona illius necessarios, ut hic in textu & in concordantibus supra citatis n. 14. & seq. Dicit autem Dei esse gratia dare, videlicet sermo Sapientiae, sermo Scientiae, sermo fidei & c. supereminens fidei certitudinem, ad instruendum alios) gratia factitum, operatio virtutum, prophetia, discretio spirituum, genera linguarum & interpretatio sermorum non sunt alicui communicabiles, quia sunt immediate a Deo secundum Apoll. 1. ad Corinth. 12. & docet Sanctus Thomas in 1. 2. q. 131. art. 4. in corp. ad 2. & ad 4. huiusmodi enim habitus non nisi a Deo infunduntur, sicut dicitur de omnibus virtutibus praevius, ut idem docet ibidem q. 51. art. 4. in corp. & propterea Christus non coarctavit Petro hanc praeviam certitudinem infallibilitatis immediate a se ipso, sed eam praeviam impetravit, non enim dicit, non desinat fides tua, sed dicit, Rogavi pro te Petre, ut non desinat fides tua, per hoc aperte insinuans donum infallibilitatis non esse ab homine, sed a solo Deo. Constatque quod dicitur Iuris de mero Imperio quod delegari non potest, ut in d. l. 1. ff. de off. ejus, Aug. Arret. cons. 147. n. 13. ver. nulli minus eam sep. & de actibus in quibus electa est infallibilitas personae qui per alium imperio consequuntur, l. Inter artipicis, ff. de solut. Baldus cons. 167. responditur in fine lib. 5. nec alicui possunt subdelegari, Rom. cons. 330. circa 1. numero quarto, ver. Tertio quia. Alex. consilio 218. Visi verbis num. 8. ver. Nec praedictis obstat lib. 2.

Concluditur ergo salva determinatione Ecclesie Concilium universale non habere hanc certitudinem infallibilem, ita ut illius definitiones sint habendae pro articulis fidei, nisi in tribus casibus. Primum est cum Papa est praesens in Concilio secundum ea que dicta sunt supra n. 26. Secundum est cum Papa committit Concilium; ut taliter Concilium sic vel sic definiat, Tertium est cum Papa praevia examinatione Canonice Concilii Apoll. licet auctoritate confirmat & ab omnibus Christi Fidelibus suscipiendus ac servandus esse decernit ut moris est & in specie servavit Pius IV. in confirmatione Conc. Tri-

ut in ejus Bulla incipit, Benedicibus Deus 7. Kalend. Februarii 1569. in §. Cum autem ista Sancta Synodus & de Concilio universalibus a Summo Pontifice confirmatis loquitur textus in e. sicut in fine 15. dist. In his enim tribus casibus infallibilitas non est immediate a Concilio, sed a Summo Pontifice praesente vel committente aut confirmante, ad hoc e. si Apollonia de prob. lib. 6. & quod scrip. in d. e. 1. n. 38. supra de pallio.

37. Secundum nota in §. ad id autem in quibus conveniant & in quibus differant Circumcisio & Baptismus, qui Circumcisioni succellit.

38. Conveniunt enim primum, quia sicut in veteri testamento per circumcisionem remittebatur originale peccatum, quia vicem Baptismi supplere, ut hic & in e. Quod autem opus & c. ex quo de consec. dist. 4. §. Thom. in 3. part. q. 70. art. 4. in corp. Ita in lege Evangelica originali culpa dimittitur per Baptisum, ut in textu & in Concilio Trident. sess. 5. de peccato originali, Can. ult. Si quis per Jesu Christi Domini nostri gratiam quam in Baptismo confertur, statum originali peccato remitti negat aut etiam assert non tolli totum ad quod verum & proprium peccati rationem habet, sed illud dicit tantum rati aut non imputari, quatenus sit. Et hac ratio cur Circumcisio olim non recitaretur, sicut nec hodie Baptismus, nempe quia causa ejus, id est originale peccatum iterum non poterat. Sanctus Thomas in 4. sent. dist. 1. q. 2. art. 4. q. 1. ad 2.

39. Conveniunt secundo, quia sicut olim Circumcisio tam adultis quam parvulis ex Praecepto Domini conferebatur, sic hodie Baptismus tam adultis quam parvulis est conferendum, ut hic in littera concordat Concilium Tridentinum sess. 5. in Decreto de peccato originali Can. 4. & sess. 7. de Baptis. Can. 12. 13. & 14.

40. Conveniunt tertio, quia sicut sine circumcisio tunc nullus salvati poterat lege Moysaica indistincte clamante, Genes. 2. Anima cuius praepari caro circumcisa non fuerit, peribit de populo suo. Ita nunc nemo potest sine Baptismo salvari, cum indistincte vox intonet Evangelica, Joan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto non introbit in Regnum Dei.

41. Differunt autem primum, quia ut hic dicitur, Baptismus est generalis circumcisio, siquidem hodie ex necessitate mediis tam masculi quam foeminae baptizari debent. Cum Christus dixisset nisi quis renatus fuerit & c. hac generalitate nec severi nec etatem excludunt, ut hic in littera, imò includunt, quia dum dicit nisi quis renatus fuerit & c. per verbum illud quis tam masculi quam foeminae comprehendit, ut hic in glossa in verbo Etatem excludunt; & ex hoc & ex textu colligitur masculinum consequere femininum, non tantum in lege humana, ut l. ff. de verb. signific. l. Si ita, ff. de leg. 2. c. Si quis iudicatur 17. q. 4. Junctio e. mulieris de sent. excomm. sed etiam in lege Divina; & ita est hic textus apertus secundum Abbatem n. 3. ver. Item nota hic textum. Aut verò circumcisio in veteri testamento ad foeminas non pertinebat, Genes. 14. sed offerabatur in Templum 14. die tantum obique nomen eius imprecabatur, ut Levit. 12. glossa hic in verbo Femina & Host. n. 9. circa finem in verbo Quam Feminae Rationem differenter assignat Divus Thomas in 3. part. 70. art. 2. ad 4. videlicet quia circumcisio instituta fuit ut signum fidei Abrahae qui credidit se patrem futurum Christi sui reprobis; & ideo conveniunt solis manibus competebat. Peccatum etiam originale contra quod specialiter Circumcisio ordinabatur, a patre trahitur, non a matre. Sed Baptismus continet virtutem Christi qui est universalis causa salutis omnium & remissionis omnium peccatorum.

42. Differunt secundo, quia multo plus confert hodie Baptismus Christianis quam olim Circumcisio Judaeis, ut hic in §. Cauda tamen, quia est originalis culpa remittebatur Judaeis per Circumcisionis Mitherrum & damnationis periculum vitabatur, non tamen remittebatur ad Regnum Calorum quod fuit omnibus observatum usque ad mortem Christi, sed per Sacramentum Baptismi deleatur culpa, vitatur periculum & ad Regnum Calorum pervenitur, ut hic in textu & in e. per aquam de consecr. dist. 4. Hac tamen differentia accidentalis est, quia ut inquit Sanctus Thomas in 4. sent. dist. 1. q. 2. art. 4. q. 2. ad 3. Per Circumcisionem auferretur impedimentum quod erat ex parte personae ablato peccato originali, prout erat inflexio huius personae, adhuc tamen manebat impedimentum ex parte totius naturae, nonnullum saluto pretio per Passionem Christi; & ideo per accidens erat quod ianuam Regni Caeslestis non aperiret, quia scilicet Baptismus eodem quantum in se est praeviam conferens quam modo confert, eo tempore fuisset, ianuam non aperiret, nisi modo Circumcisio locum haberet, ianuam aperiret. Hae ibi & idem docent in 3. part. q. 70. art. 4. ad 4.

43. Differunt etiam secundum Host. hic n. 9. in verbo Causa generaliter, quia Baptismus non modo est generalis & efficax quoniam circumcisio, ut supra in 1. & 2. differentia, sed etiam significatur, ut in e. Debitum supra de big. am. item

decentior, ut per se patet. Item facilius, quia in Baptismo non effunditur sanguis, sicut in Circumcisione, ubi terro die gravissimus vulnerum dolor est, Genes. 24. & sequitur Joan. Andr. n. 5. in verbo Generaliter. Hic adde quod Circumcisio olim non imprimebat in anima spirituales characteres, ut probat Sanctus Thomas in 4. sent. dist. 1. q. 2. art. 4. q. 1. ad secundum & in 3. p. q. 63. art. 1. ad tertium. Sed Baptismus imprimi characterem incorporatent hominem Christo & copiosorem gratiam confert quam Circumcisio; & per eundem in 3. part. q. 70. art. 4. in corp. ad finem. Rursus Circumcisio conferebat gratiam iustificatent ex opere operante, id est in quantum erat fidei signum de Passione Christi futura, non autem ex opere operato, id est ex virtute Circumcisionis, ut idem docuit in 3. part. q. 63. art. 6. ad tertium & q. 70. art. 4. ad primum & in q. sent. dist. 2. q. 1. art. 4. q. 4. ad secundum. At Baptismus gratiam confert ex opere operato, id est ex sua virtute ut Instrumentum Passione Christi iam perfectae, ut per eum d. q. 70. art. 4. in corp. ad finem.

Tertio nota in §. Illud vero, secundum haec tempora inter Doctores Theologos duas existisse opiniones in articulo. An in Baptismo parvulorum infundantur virtutes. Sed hodie approbata est ultima opinio hic relata tanquam probabilior, id est infundi virtutes & cardinales & morales quoad habitum; licet non quoad usum, ut in clem. unica, §. fin. de Summa Trinitate & per Burr. hic n. 10. & ita inter opiniones discrepantes eligenda est probabilior, prout illum textum cum alia pluribus ad hoc ponderavi in cap. Ne inuarius, supra de Constit.

Quarto nota in §. Verum duplex esse peccatum originale, scilicet & actuale, originale sine consensu contrahitur; & ideo sine consensu dimittitur, scilicet parvulis. Actuale vero consensu contrahitur & ideo sine consensu minime relaxatur, ut per littera. Illud est peccatum naturae, hoc vero peccatum personae, ut per Divum Thomam in 1. part. q. 100. art. 1. in corp. & in 1. 2. quae. 81. art. 1. in corp. & questione 82. art. primo ad 2. & in 3. parte q. 8. art. 5. ad primum & cap. alibi.

Innocentius hic n. 1. recitat Petrum Lombardum Magistrum sententiarum in ea fuisse opinioe, ut peccatum originale sit ipsa prinitas ad peccandum, quae etiam dicitur concupiscentia & fomes. Sed hanc opinionem reprobat, quia prinitas huiusmodi remanet etiam post Baptisum & luctus propter hoc convenire omnes, ut peccatum originale non sit fomes hoc prinitas peccati, sed quaedam macula animae annexa fomit, quae quidem macula in peccato deleatur, sed quia illa macula annexa est fomit, ideo aliquando frimes sine illa prinitas dicitur originale peccatum quod latius prosequer, ut per eum & adde beatus Thomam in 1. 2. q. 82. art. 1. in corp. ubi quid peccatum originale est quodam inordinata dispositio proveniens ex dissolutione illius harmoniae in qua consistebat ratio originalis iustitiae, sicut etiam aegritudo corporalis est quaedam inordinata dispositio corporis secundum quam solvitur aequalitas in qua consistit ratio sanitatis, unde peccatum originale languor naturae dicitur. Et vide Conc. Trid. sess. 5. in Decreto de peccato originali.

Quinto nota in §. Sed alibi. Adultis amentibus & dormientibus qui non consentiunt Baptismo actuale peccatum non dimittit nec etiam originale. Duas rationes invocabiles habes in textu. Prima ratio est, quia Deus opus imperfectum non novit & ob hoc peccata non ex parte, sed ex toto dimittit concordat e. Regenerante de consec. dist. 4. & c. sunt plures de po. nit. dist. 3. Non obstat quod ligatus pluribus excommunicationibus possit absolvi ab una & non censetur a reliquis absolutus, e. cum pro causa de sent. excomm. e. Si quem §. Praeviator, ver. Si crimina plura 2. q. 3. quoniam ut respondet Burr. hic in §. Verum n. 8. excommunicationis est actus humanus qui ut plurimum sine perfectione est, sed absolutio a peccato est actus Divinus qui non debet esse oblique perfectione, merito nunquam potest qui liberati ab uno peccato quin liberetur ab omnibus, ut hic in textu & notat Abbas n. 1.

Secunda ratio est, quia poena originalis peccati est carentia visionis Dei, actualis vero est gehenna perpetua cruciatu. Unde si dimittit erit alicui primum, altero non dimittit, talis non careret visione Dei propter originale dimissum & cruciaretur in gehenna perpetua propter reatum criminis actualis. Sed haec sibi mirum adversantur ut hic in littera.

Sexto nota in §. Item queritur amentes vel dormientes, si ante dementiam vel dormitionem propositum habuerint Baptisum suscipiendi, characterem suscipere, sicut si prius huiusmodi propositum non habuerint, prout hic est expressa definitio Apollonica; & docet Sanctus Thomas in 3. part. q. 68. art. 12. in corp. ver. alii vero dicunt tales esse iustificandos secundum voluntatem quam habuerint dum facti fuerint existentes; & ideo si tunc agerint in eis voluntas suscipiendi Baptisum debere illis exhiberi in tanta amentia consistens, etiam si tunc actu contradicant, quoniam etiam opor-

neat eos ligari, vel etiam injuriam inferant Sacramento, ut per Silvestrum in verbo Baptismus 4. questione secundâ, num. tertio.

65 Hoc tamen delecta, ut procedat in amentibus qui ex sane mente quam habuerunt profuquam in amentiam inciderant, secus vero in his qui à nauitate sunt tales nec habent aliqua dilucida intervalla, nec in eis apparet aliquis ulus rationis; de talibus enim idem est iudicium quod de parvulis, quia nullo peccato gravantur nisi originali, c. iudicai p. q. 9. & hic notat glossa in verbo perdurare. Host. n. 41. & Matr. n. 10. Ideoque baptizantur ex intentione Ecclesie, sicut ex actu Ecclesie credunt & penitent. Si vero habeant dilucida intervalla in quibus rectâ ratione uti possunt, si tunc baptizari voluerint, baptizari poterunt etiam in amentia constituti. Verumtamen tunc debet eis Sacramentum conferri si periculum timetur, nam ut hic dicitur circa finem, tales in necessitate articulo confuevit Ecclesia baptizare, alioquin melius est ut tempus expectetur in quo fiat sane mentis, ad hoc ut devotius suscipiant Sacramentum. Ita Sanctus Thomas in 3. parte q. 68. n. 12. in corp. Silvester in verbo Baptismus 4. n. 3. Gregor. de Valen. tom. 4. disp. 4. q. 3. punct. 1. circa finem, vel. ad quartum & quod habentes dilucida intervalla. Adde quod sic rursi ex Sententia Sacre Congregationis Concilii in cap. Tuo littera n. 80. infra de Cleric. per salt. prom.

68 Et ex his collige in adultis qui sunt sane mentis ex parte Baptizati intentionem requiri ex necessitate Sacramenti quod est contra glossam in c. sicut in verb. implendum & consecrat. dist. 4. que incaute dixit Baptizatum recipere Sacramentum qualemcumque habeat intentionem, dummodò Minister intendat baptizare; & sic requirit intentionem ex parte Ministri tantum, non autem ex parte Baptizati, quod etiam sentit glossa hic in verbo perdurare; sed has glossas dicit erroneas Sotus in 4. sent. dist. 5. quæst. univ. art. 7. & ut prædixi, est hic aperta definitio in oppositum, ut patet hic, dormientes autem & amentes si priusquam amentiam incurrent aut dormiant in contradictione persistant, quia in eis intelligitur contradictionis propositum perdurare, etsi fuerint sic immeriti characterem non suscipiunt Sacramenti, secus autem si prius Catholice existissent & habuissent propositum baptizandi. Ex quibus verbis constat evidenter Baptizati consensum seu propositum necessariò præquiri ad hoc ut character Sacramentalis imprimatur, alioquin frustra textus appouisset conditionem illam si prius &c. Atque ita docent expresse Alex. de Alea in 4. part. q. 18. membr. 1. Scot. in 4. sent. dist. 4. q. 2. Sanctus Bonaventura eodem dist. 4. art. 2. q. 1. Durand. eodem dist. 4. q. 7. Richard. dist. 6. art. 2. q. 3. Petrus de Palude eodem dist. 4. q. 2. Sotus dist. 5. q. univ. art. 7. Silvestr. in verbo Baptismus 4. q. 14. & est Sententia Sancti Thomæ, licet ejus verba laicæ Clara Cajetan. in alium sensum detorqueat in 3. part. q. 68. art. 7. in corp. & in resp. ad secundam, ubi sic ait (Quod si in adulto desit intentio suscipiendi Sacramentum, effectus rebaptizandus, si tamen hoc non constaret, effectus dicitur. Si non est baptizatus, ego te baptizo.)

70 Ceterum adverte, quis in adultis non requiritur intentio actualis, ut evidenter hic probatur; nam dormientes, & amentes, qui prius habuerunt propositum suscipiendi baptismum, characterem suscipiunt Sacramenti, ut in littera; & tamen actualem intentionem non habent, licet qui baptizatur studiose curare debeat, ut etiam actualem intentionem adhibeat. Sed hoc non est totaliter positum in hominis potestate, quia præter intentionem, cum homo vult multum intendere, incipit alia cogitare, secundum illud Psal. 139. Cor meum dereliquit me, S. Thom. in 3. part. quæst. 64. art. 8. ad tertium in fin. Sufficit ergo in baptizato intentio virtualis. Quo fit, ut si amentes, vel dormientes ante demantiam, vel dormitionem baptizari voluerint, nec postea contradixerint, characterem recipiant, quia consensum, quem semel habuerunt, adhuc durat virtute, cum voluntas semel posita semper durare præsumitur, nisi probetur mutata, cap. Perlatum supra de his que vi. met. conf. Et hic notat glossa in verb. Perdurare, Hostien. n. 40. in eod. verb. Butr. n. 9. & alii communiter, & fusc explicat Cajetan. in 3. part. D. Thom. q. 68. art. 12. concl. 2. Sed & converso si nunquam consenserint, sed postea contradixerint, non recipiunt Sacramentum, quia intelligitur in eis contradictionis propositum perdurare, ut hic, & in c. A nobis, in secundo infra de sent. excomm. & sic de est in eis intentio virtualis, ut potè evacuata per insipientem diffensum, ideoque characterem non suscipiunt Christianitatis impressum, ut hic in littera & docet D. Th. in 3. part. dist. quæst. 68. quæ est in est communis aliorum sententia, ut refert Gregor. de Valentia tom. 4. disp. 4. q. 3. punct. 2. vers. Ad quartum quam etiam hic tenent communiter Canonistæ.

73 Non obstat, quod dicitur de fidei, qui quamvis non ore, corde tamen dissentiant, & Baptismi recipiunt Sacramentum,

74 ut hic patet, & in cap. Sicut fidei, 1. quæst. 1. & in cap. Sicut, de consecrat. dist. 4. quoniam fidei non dicuntur

qui voluntatem non habent suscipiendi baptismum, non enim text. dicit fidei, qui corde dissentunt Baptismo, sed simpliciter qui corde dissentunt. Unde dicitur fidei qui appa- renter ostendunt rectam fidem Christi habere, & Sacramentum venerari, & velle se Christo conformare, & velle à peccato recedere & tamen corde dissentunt. Unde cuiusque peccato mortali vult homo inhærere si ad baptismum accedere, ita S. Thom. in 3. part. quæst. 69. art. 9. ad tertium. Præterea ut ibi dicitur in corp. Quatuor modis, secundum Augustinum dicitur aliquis fidei. Uno modo ille qui non credit, cum tamen Baptismus sit fidei Sacramentum. Alio modo per hoc, quod contemnit ipsum Sacramentum. Tertio modo per hoc, quod aliter celebrat Sacramentum non servans ritum Ecclesie. Quarto modo per hoc, quod indevote accedit. Et hi suscipiunt quidem Sacramentum, cum intendant illud suscipere, sed non effectum Sacramenti cum caritate non habeant. Ideoque recedente illa fideione per cordis contritionem, baptismus sine alia iteratione incipit proficere in remissionem peccatorum, ut est text. in c. Tunc vult, de consecrat. dist. 4. & hic notat præcitata glossa in verb. Perdurare in fine, & de his loquitur hæc decretalis, & jura præallegata, non autem de fidei, quibus desit intentio suscipiendi baptismum.

Rursus non obstat, quod tunc characterem Sacramentalis imprimat operatio, cum obicem voluntatis contrariæ non invenit obstantem, ut hic concluditur in fine. Quibus verbis innixus Card. Cajet. in 3. part. q. 68. art. 7. col. 5. vers. His excursis, opinari est in adultis minime requiri per le voluntatem suscipiendi baptismum ex necessitate Sacramenti, sed tantum per accedens in aliquo casu, videlicet cum quis habuisset prius voluntatem contrariam, qua tunc ad eam excludendam, & irritandam deberet consentire in baptismum; secus vero si nunquam consenserit, nec dissenserit positive, sed habuisset se mere negative, quia hoc casu si baptizatur, characterem susciperet, & quod in tali non esset repugnans obicem voluntatis contrariæ, secundum eum.

Id inquam non obstat, quoniam prædicta verba referri debent ad questionem hic paulo ante determinatam de amentibus & dormientibus, qui characterem suscipiunt, si prius habuerunt propositum suscipiendi baptismum, nec postea contradixerint. Hi namque Sacramentum recipiunt per rationem in littera expressam, quia scilicet characterem Sacramentalis imprimat operatio, cum non inveniat obicem voluntatis contrariæ obstantem, nempe quia semel consenserunt, nec postea contradicendo eumque posterierint. At nulla tenus referri debent ad hoc, qui nunquam consenserint, qui in tali licet non adsit obex contrariæ voluntatis, quia nunquam dissensit positive, tamen desit intentio, & voluntas necessaria ad Sacramentum suscipiendum. Unde Cajetan. opinione merito refellunt Sot., in 4. sent. d. dist. 5. quæst. univ. art. 7. & Gregor. de Valentia part. 4. disp. 4. q. 3. punct. 2. vers. Sic etiam, & opinionem.

Ultimò nota in eodem §. differentiam inter coactionem præcitatam & conditionalem: Nam præcisa coactio consensus propterea evacuatur ut sic coactus dicitur potius pati, quam agere, ut cap. Sacris supra de his, que vi. met. caus. Unde si baptizetur, vel ordinetur, nec rem, nec characterem suscipit Sacramenti, ut in text. veluti cum aliqui reclamans immergitur violentè, ut per D. Thom. in 4. sent. dist. 6. q. 1. art. 2. q. 3. in corp. vel secundum Joan. Andr. in d. c. Sacris n. 15. vers. Exemplum, si Judæum vel Paganum Christiani verbis exant, ad fontem portent & baptizent, vel si hæretici per eundem modum rebaptizent Christianum; vel si detineatur Acolitus invitatus coram Episcopo, per quem fit Subdiaconus, ut cap. Constat. 1. q. 1. Quia plus est expressè contradicere, quam minime consentire. Sicut nec ille notam alicujus reatus incurrit, qui contradicens penitus, & reclamans thurificare idolis cogitur violentè, ut hic dicitur in verb. Ille verò: Videlicet aperiendo manum ipsius, imponendo grana thoris, & demum ipsam manum resolvendo super pronas, que sunt ante idolum, ut c. Presbitero 50. dist. Coactus vero conditionaliter, id est qui terroribus, atque supplicis attrahitur, & ne detrimentum incurrat, Baptismi, vel ordinis suscipit Sacramentum, quia characterem recipit, quia talis coactus, seu vis compulsiva non evacuat prorsus sed attenuat consensum ut dicitur in d. cap. Sacris supra de his, que vi. met. caus. Quod enim fit per metum, magis habet rationem voluntarii, quam involuntarii ut declarat S. Thom. in 12. q. 6. art. 6. in corp. & in resp. ad tertium, & in 4. sent. dist. 29. q. 1. art. 1. & fuscus dicit in prædicta Decretali Sacris, d. n. 17. usque ad n. 25. Licet talis rem non suscipiat Sacramenti, ut per eundem in 4. dist. 6. quæst. 1. art. 2. q. 3. in corp. Quippe sic coactus dicitur conditionaliter volens, licet absolute non velit, ut hic in littera, quia coacta voluntas est, Voluit enim 85 facere, quia voluit vivere ut Augustinus ait in c. A marito, 15. q. 1. licet non sit voluntas absoluta, seu libera, secundum Abb. hic in 2. not. ex hoc inferentem, ut in actu, in quo

quo requiritur absoluta voluntas, ut in Matrimonio, ubi requiritur absoluta voluntas, ut in Matrimonio, ubi requiritur omnimoda libertas, cap. Cum locum de sponsal. voluntas coacta non sufficit c. Significavit de eo, qui duxit in Matrim., & tenet glossa. penult. in c. Veniens de sponsal. de plenitudo in c. Abbas, in glossa. univ. ante medium, de his que vi. met. caus. quam dicit communiter receptam Cui. de Grass. dist. 87. 30. alid. 2. n. 5. cod. tit. subdens idem esse in electione niculola, c. ubi periculum §. Ceterum de elect. lib. 6. & in dote metu constituta, l. si mulier, §. si dos, ff. quod met. caus.

88 Et idem dicendum in professione, quia nullus tonderi debet, id est Monachus fieri, nisi spontanea voluntate, ut cap. supra de rep. de die spontanea, id est libera, & non coacta, ut in c. Prælatum supra, quod met. caus. unde professio emissa per metum est ipso jure nulla, & præterea Cicerius 23. q. 3. & scriptis plene in d. c. 1. d. n. 22. post gloss. ult. hic Butr. n. 2. & 10. Anch. n. 2. Abb. n. 1. d. n. de Anan. n. 5. Casus autem in quibus requiritur voluntas libera, enumerat glossa magna, in cap. Inter cetera, n. 4. q. 4.

Quero, An coactus promotus ad ordinem Subdiaconatus ad continentiam teneatur. In hac quæst. ut clara à dubiis segregentur, distinguendum est inter coactum absolute, seu precise, & coactum conditionaliter, seu causative prout distinguuntur in hic §. Item quæritur, & in c. Satis supra de his que vi. met. caus. & per D. Thom. in 4. sent. dist. 29. quæst. 1. art. 1. & dicit supra n. 80.

91 Et quidem absolute coactum (videlicet in ejus manu violenter attracta Episcopus ponit Calicem vacuum, cum patena vacua superposita, & debitas verborum formas proferens, in invitum repugnanteque ordinat Subdiaconum, ut cap. Constat, 1. quæst. 1.) planum est non teneri ad Continentiam, quia talis nec characterem suscipit Sacramenti, ut cap. Presbitero, 51. dist. & est apud de terminato Apollonica in hoc §. Ubi hoc tenent omnes, & in d. cap. Sacris, ut terti supra in ult. notat.

92 Conditionaliter autem coactus, id est qui metu inducitur ad sacrum ordinem suscipiendum, si metus sit vanus, seu levis, nullum est dubium, quin ad continentiam teneatur, quia etiam in actibus, in quibus requiritur plena libertas, ut in Matrimonio, cap. Cum locum de sponsal. & in voto cap. 1. de regular. & dixi supra n. 86. & seqq. talis metus non attenditur, ut cap. Cum dilectus, & hic plene notatur in hic §. quæ vi. met. caus. Caldero. conf. 463. alid. unico

93 In fin. qui Cler. vol. vovet, & dicitur vanus, quem consensum vir vivere non debet, l. Alentia, & l. seq. ff. quod met. caus. Bellam. conf. 9. n. 12. Si vero sit metus mortis, vel cruciatus corporis, vel alius cadens in constantem virum juxta text. in d. cap. Cum dilectus, junctâ glossa. in verb. Metum mortis. Tunc iterum subdistingendum, nam sicut ordinatus uxorem prius habebat aut non habebat. In 1. casu continentur DD. ut non teneatur continere quoad usum illius Matrimonii, licet characterem suscipere ut hic patet, & dixi supra in ult. notat. Nam quia elicit contra naturalem rationem arctare eum ad continentiam servandam, qui in medium concupiscentie se Matrimonio copulavit, & iterum ordinem suscipere invitus §. Acta 31. quæst. 2. glossa. in Extravag. Joannis XXII. Antiqua in verb. Effusus de voto Tum quia talis ordinari non potuit in prejudicium uxoris, c. Conjugatus, infra de conversatione Conjugator. & in hoc conveniunt auctores utriusque sententia inferius extendi, 99. & not. 102. Quod locum habet etiam Matrimonium non sit consummatum, ut per Abbatem in hoc §. Item quæritur, n. 7. vers. Si tamen iste habuisset uxorem. Insuper notandum habet etiam uxor continentiam promittit, ut tenet G. l. i. in Summ. de mat. & qualitate n. 1. vers. Circa hoc, Host. in Summ. eod. titul. num. 5. vers. Sed nonnulli conditionaliter S. Anton. in Summ. 3. part. titul. 14. cap. 16. §. 18. præp. fin. vers. De si coactus ad ordinem, Silvester in verb. Ordo, 4. job. n. 1. vers. Et secundò Tabien. in verb. Ordo, 2. num. 12. Palsani, cum supplemento in verb. Ordinatus, 1. vers. Utrum coactus ordinatus, Archid. in cap. De Judati, in fin. 45. dist. & est communis opinio, quam etiam probavit Rota, ut dicam infra n. 103. licet Cardinal. in Clem. Generale, §. fin. n. 14. vers. Desimo quarto, & de atat. & opalitat. teneat indistinctè ordinatum per vim causativam ad continentiam teneat.

94 In secundo autem casu, id est cum ordinatus per metum prius non habebat uxorem, ardua est quæstio an teneatur voto continentie, necne.

Prima opinio est eorum, qui affirmant hunc teneri, & cogi posse ad continentiam servandam, hoc præcipue fundamentum, quia quemadmodum suscipiens Baptismum per vim conditionalem compellitur ad observantiam libet & ipsius sequelam, ut determinatur in hoc §. & in c. De Judati, 45. dist. Ita & Ordinem suscipiens debet compelli ad observantiam Ordinis, & sequelam ipsius & sic ad continentiam que

Fagnan. in III. Lib. Decretal.

fieri Ordini est annexa, cap. Aliter 31. dist. c. Amaliti, supra de atat. & qual. & hanc partem tenuerunt Goffred. Hostien. Archid. & alii supracitati n. 97. Joan. Andr. hic in fin. Henric. Boich. n. 5. qui bene declarat opinionem Joannis, & dum ultimo loco refert opinionem Goffredi & Raimund. videtur eam sequi Butr. in hoc §. Idem quæritur n. 7. dum similiter recitat ultimo loco opinionem Guffredi, Cardin. in eodem §. vers. Quæ si quis conditionaliter: nam est videatur probare opinionem glossæ, tamen ut ipse ait, opinio Guffredi est honestior, Abb. in eod. §. n. 7. subdens, quod DD. communiter videntur tenere contra opinionem Joannis, & quod hic est casus, in quo metum passo non succurritur per actionem quod metu causa, quia contra impro- priam characteris, cum sit indelebilis, restitui dari non debet, nec potest, maxime cum ille diei possit ad meliora invitatus, ut in simili notatur in cap. Cum dilectus, in glossa. in verb. Ad salutatem, de his, que vi. met. caus. Idem firmant Raimund. in summ. de atat. & qual. Cardin. in d. Clem. Generale, in fin. cod. tit. Stephan. de Gaet. in repeti- tion. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 3. q. 19. n. 96. Alberic. in Dictionar. in verb. Ordo, vers. Utrum coactus ordinatus, & ex Theologia Petrus de Palude in 4. sent. dist. 29. q. 3. art. 4. concl. 6. num. 28. & Soc. de just. & jure lib. 6. quæst. 2. art. 5. in solut. ad ult. argum.

Secunda opinio primè expollita est Joannis glossatoris in 101. cap. Ubi ista, in verb. Honore 74. dist. c. An te continetur ad sacra Ordines per metum, qui cadit in constantem virum, non teneri ad continentiam ratione, quia integritas est res voti, non precepti, cap. Integritas 32. q. 1. & continentia non debet esse nisi voluntaria, c. An te trimum 31. dist. & cap. Præterea n. 2. quæst. 3. Licet sub- datur sic coactum ad continentiam teneat causative, scilicet si velit ut privilegium Clericalibus, quibus alia frui non potest: 102. & opinionem Joannis probant in d. c. Ubi, Hugo, & Archid. in fin. Gemin. in fin. Caldero. conf. 1. in fin. Qui Cleric. vel coactus Vitalin. in Clem. fin. n. 30. & 31. de atat. & qual. Ubi tenet videtur sic coactum non teneri continentiam servare, licet assignat rationem, quia coactus ordinatus non recipit characterem, que ratio est falsa, ut dictum est supra n. 83. Item in cap. Jannes, n. 21. de Cleric. conjugat. & in c. Sacris n. 7. de his, que vi. met. caus. Athen. in summa Confessorum, tit. de atat. & qual. quæst. 50. & 31. Turcortem in summa 74. dist. art. 2. ad fin. dum recitat ultimo loco Raimund. dicentem hanc opinionem esse potiorem, ac benigniorem & ad eandem tenendam P. mol. ibid. n. 2. Idem firmant hic, gloss. in verb. Conditio- noster, Hostien. n. 38. in eod. vers. Henric. Boich. n. 7. in fin. Cardin. n. 1. q. 1. Rosell. in verb. Ordo 3. n. 6. Angel. Ordo 3. n. ult. Navar. in Manuali c. 22. n. 51. ad fin. & u. 52. & lib. 1. conf. in tit. de his, que vi. met. caus. conf. 2. n. 1. & 3. conf. 4. n. 4. & seqq. & conf. 5. n. 3. Gregor. Lopez in l. 32. in verb. Que te timora, tit. 6. part. 1. & ex Theolog. Richard. in 4. dist. 25. art. 4. quæst. 2. ad 3. Dum ait, continentiam non esse annexam Ordini sacro, nisi quoad eos, qui voluntate illum suscipiunt, & aperitias Mar- jur in d. dist. 24. quæst. 2. in solut. ad 5. Sotus in 4. d. dist. 25. quæst. 1. art. 2. ad 3. vers. Hinc autem emergit, Hontiquet in summa lib. 10. de Sacram. Ordinis cap. 14. nu. 3. & lib. 12. de Matrim. c. 3. n. 9. in Commento littera O. & de hisque alii ex moderis, & hanc tenent esse communis opinionem Petr. Ravennas, licet ipse contrarium sentiat, in contrad. Juris Canon. in tit. de Baptismo.

Hic casus alius cogit in Rota in causa Valentini nullitate susceptionis Ordinis Subdiaconatus coram Casare de Grassi: & proposito dubio, An promotus ad ord. nem Subdiaconatus per vim & metum qui cadere poterat in constantem virum teneatur ad illius, & continentie observandam, ita ut uxorem ducere non possit, alio sibi impedimento non obitante; post prolixam examinationem sub die 15. Januar. 1575. Domini tenuerunt ordinatum ad Subdiaconatum per vim conditionalem non teneri ad continentiam, si quis habebat uxorem, sed si non habebat, teneri juxta distinctionem Guffredi & sequacium, de qua supra n. 97. Et quia Subdiaconus, de quo tunc agebatur, non erat uxoratus, dixit nec tutius fore, ut peteret dispensationem à Papa ad Matrimonium contrahendum, & metum hujusmodi justam causam præbere illam concedendi, ex Navar. in Manual. fol. 330. Ut sic viam tutiorem eligeret, ut latius opud eundem Casar. de Grassi. dist. 19. alid. primo in tit. de his que vi. met. caus.

Verum postea sub die 12. Martii ejusdem anni causa iterum proposita, & articulo diligentius discussa Rota resolvit promotum ad Subdiaconatum per vim conditionalem non teneri continentiam servare, licet uxorem non habeat, juxta secundam opinionem Joannis & sequacium. Morti fuerunt Domini tum ex ratione illa irrefragabili, quod non nisi actus requirens voluntatem non simplicem, sed liberam, & spontaneam, qualis est continentia, requirit libertatem à coactione, d. c. Integritas 32. quæst. 1. Si not coactus live per

voluntatem coactam, non valet, cap. Natus, cum gloss. communis in verb. Licentiam 33. qua si. 5. Abb. in c. Cum lo- com, sub n. 6. de sponsalib. Tum arguendo a voto expulso
 106 ad tacitum annexum ordini; nam puer ordinatus in Subdia- conum ante ulum rationis non tenetur continere, quia sicut non potest se obligare ad votum expressè, ita nec tacitè, id- eundem Innoc. in c. Vel non est confors, sub n. 1. de tempor.
 107 Jordin. de alior. in deci. allegat. ergo similiter sicut n. etus an- nullat votum expressum, cap. 1. de voto, cap. Verlatum, & cap. Cum dilectus, de his qua vi met. cap. ita & tacitum, seu annexum ordini. Tum arguendo ab absurdo, quia si quis in ordine expressè voveret castitatem quod solet ab Episcopis exigi in ordinando, per cap. Quamquam, & sibi late Tur- retem, n. 2. dist. 23. Metus vitaret votum expressum per supradicta, & tamen non vitaret tacitum, in quo videtur in- esse minoratio obligationis, vel saltem par. & equalis, non major ad regulam. Expressè abest. Tum denique, quia ita se habet filius, & obsequantia tum Cancellarij, tum Peniten- tiarum, ut attestatur auctoritate citata in d. n. 9. & 27. Cum enim in hoc articulo auctores sint tam varij, & nihil certi in jure sit casuum, merito ardeat debet filius & obsequantia subsecuta, ad l. Si de interpretatione, §. de legib.
 109 Nec procedit similitudo inter coactè baptizatum, & coactè ordinatum, nam baptizatus per metum idcirco tenetur vive- re ut Christianus, & sicut aatholicum profiteri, ut in d. cap. de Judais, 45. dist. 1. quia Sacramento Baptizatus est essentialiter, & naturaliter annexa obligatio procedit solum.
 110 At verò obligatio continendi non est annexa sicuti Subdia- conatus essentialiter, seu naturaliter, sed tantum accidentaliter ex ratu. Ecclesie: Fuit enim tempus quando Subdiacono licebat contrahere matrimonium, cap. Placuit, 32. dist. cap. Ante triennium, 31. dist. & argum. cap. A multo, de stat. & qual. Unde cum Subdiaconatus, & obligatio continen- tiæ non sint jure naturæ, vel divino inseparabiliter annexa sed jure tantum humano conjuncta, merito per metum, qui humana rescindit, & non divina, licet non impeditur essen- tia Sacramenti Ordinis, & impressio characteris, quæ est
 112 divina, impeditur tamen conjunctio continentia, quæ est humana. Cujus rei inconsideratio fuit in causa, ut Gelfred. Abb. & sequaces contrariam partem errandi tenuerint, non advertentes ex antecedente ordinis illud quidem sequi, ut ordinatus in Subdiaconum per vim conditionalem teneatur secundum naturam, & essentialiter Subdiaconatus vivere, sed non secundum illius accidentia, quæ per metum vitantur ut ex dictis constat, & ex hoc etiam patet solutio ad ob- jecta, quod Subdiaconus per metum promotus sit verus Subdiaconus, & quod de annexis idem sit judicium, ut bene ibi per Rotam num. 24. & 25.
 113 Predictis tamen videtur obviare decretum Concilii Tolet. VIII. cap. 7. de his, qui post assumptam Ecclesiasticarum dig- nitatum officio, ad conjugia redeunt, tom. 2. Concil. part. 2. pag. 491. col. 1. Cujus hæc sunt verba: Quosdam enim aut eventa necessitatem, aut metu periculorum adeptos fuisse novimus Ecclesiasticarum officia dignitatem: & quoniam

cum illi hæc imponerentur, id sibi fieri noluisse testati sunt idcirco hæc spernunt, atque ad pristina revertuntur con- jugia muresque redeunt, tam nequiter collecta jura solventes, quam prompti sacris extant illecebris inhærentes & infra ad finem quod si quis post hoc perenni dispositionis edictum non sinceriter sacris inhæserit cultibus, & abjiciens a se gratiam quam accepit, relinquit ad conjugium, &c. Blos omni Ecclesiasticæ ordinis dignitate privatur, & ut Apostata à S. Ecclesia in omnibus & societate fidelium habeatur prorsus exclusus, Monasterij claustris, donec advoerit, sub peniten- tia retrahendus. Hæc ille unde patet ordinatum per metum etiam uxorem habeat, prohiberi ad conjugia redire.
 At respondetur primò hoc decretum posse intelligi de his 114 qui libere postea ratificaverunt susceptum ordinem, nam metus & violentia purgantur per liberum consensum superve- nientem, ut per Hostiens. hic num. 38. in verb. Conditio- naliter, Joan. Andr. in fin. Henrich. Boich. num. 7. in fin. & Butr. num. 8. Quod colligitur tum ex illis verbis. Et cum hæc sibi imponerentur, se noluisse testati sunt, quali dicat, noluerunt non quidem ab initio, sed postea consen- serunt, nec non ex verbis sequentibus: Et abjiciens a se gratiam quam accepit, nam qui metu ordinatur, Sacra- mentum quidem suscipiunt, non gratiam, seu rem Sacramenti, ut patet ex dictis supra num. 84. Tum quia gravitas poenæ quam imponit Concilium, non congruit exactè ordinatis nec potuisset Concilium prohibere sic ordinari, ne rediret ad posticum conjugium in præjudicium uxoris non consentien- tis, ut dictum est supra num. 95.
 Demò possit responderi Concilium loqui de metu pro- 116 veniente ab intrinseco & causis naturalibus veluti si quis necessitate victus vel aliquo impulsu periculo, puta mortis ex infirmitate imminenti, Ordinem sacrum susceperit, ut innuunt verba illa. (Aut eventus necessitatem, aut metu periculorum,) talis enim proculdubio tenetur continentiam servare, ut cap. Sicut, si. secundo de Regal. & probavi in c. Si quis à n. 81. eod. tit.
 Nec refragatur huic intellectui sequentia verba: No- 117 luisse testati sunt, quoniam intelligi debent de voluntate conditionali proveniente ex illo metu non autem de volun- tate absoluta. Absurdum enim fuisset tales ad continentiam compellere; quia ut legitur in fine hujus capituli, qui nunquam consentit, sed penitus contradicit nec rem, nec characterem suscipit Sacramenti.
 Alium intellectum ad Concilium Toletanum posuit Thom- 118 Sanchez de Matrimon. lib. 11. dist. 29. in fin. nempe Concilium secutum fuisse primam opinionem valde probabi- lem. Sed hoc stare non potest; tum quia in conjugato de quo Concilium loquitur, opinio obligans ad continentiam non est probabilis; cum oppositum teneant auctores utriusque sententia. Tum quia si Concilium elapsisset opinionem val- de probabilem, tunc jam non esset opinio, sed Lex necessa- rio tenenda, ut est text. in Clem. unico, §. fin. & hic no- vat gloss. ult. communiter approbata, de Summa Trinitate & fide Catholica.



DE PRESBITERO NON BAPTIZATO

Innocentius III. Ferrarica. Episcopo.

CAPUT III.

Veniens ad Apostolicam Sedem J. lator præsentium, nobis exposuit, quòd cum ad gradum Sacerdotii ascendisset, comperit tandem quòd non fuerit secundum formam Evangelii baptizatus, undè nos eum ritè fecimus baptizari. Cumque super ordinibus fuisset diutius disputatum, quidam in eam declinaverunt sententiam, aut cum baptizatus sit fundamentum omnium Sacramentorum, ante susceptionem bap- tizati non suscipiatur aliud Sacramentum; quoniam ubi fundamentum non est, su- perædificari non potest. Porro econtra posset: Nam cum quis non solum per Sacra- mentum fidei, sed per Fidem etiam Sacramenti, efficiatur proculdubio membrum Christi, & qui Christum habet per fidem, etiam si baptismum non habeat, habet utique fundamentum, præter quod aliud poni non potest, quod est Christus Jesus super ædificare posse videtur, sicut salutifera opera, sic & quælibet Ecclesiastica Sacramenta, cum illud non sit generaliter verum, neque de novis, neque de veteribus Sacramentis, quòd baptismus sit fundamentum illorum: quoniam & Sacra- mentum ordinis non solum Pontificalis, sed Sacerdotalis etiam & Levitici ex institu- tione sua præcessit baptismum: per quod forsitan videtur, quòd ante baptismum hujusmodi ordines possent ritè conferri, maxime his qui baptizati esse creduntur. Quia verò in Concilio apud Compendium legitur constitutum: quòd si quis in Pres- biterum ordinatus, deprehenderit se non baptizatum, baptizetur & iterum ordinetur: Nos circa latorem præsentium in hoc dubitabili casu, quod tutius est sequentes; Man- damus quatenus ipsum per singulos ordines, usque ad Sacerdotium promovere procuret & permittas eum in Sacerdotio ministrare: quia non intelligitur iteratum, quòd ambi- gatur esse factum; nec male de Sacramento sentitur, cum illud non Religionis con- temptus, sed articulus necessitatis excludit. Et certè de illo, qui natus de Christianis parentibus & inter Christianos est fideliter conversatus, tam violenter præsumitur quòd fuerit baptizatus, ut hæc præsumptio pro certitudine sit habenda, donec eviden- tissimis forsitan argumentis contrarium probaretur.

Veniens. Summa hujus Decretalis habetur in c. 1. sup. 119
 rod. Vel sumari potest sic. Non baptizatus ordinari non potest, & si de facto ordinetur, non recipit Ordinis characterem, licet credatur baptizatus. Hoc dicit Abb. Sicu- lur. Primò ponit de Baptismo tradito ei qui non fuerat ritè baptizatus, secunda ibi, Cumque circa ordinem, allegat pro- & contra tertia hic, quia verò definit.
 Pro intelligentia hujus textus, vide quod scripsi in cap. Ne inanis n. 245. de Constitut.

DE RELIQUIIS, ET VENERATIONE SANCTORUM

Alexander III.

CAPUT I.

Audivimus, quòd quidam inter vos diabolica fraude decepti, hominem quem- dam in potatione & ebrietate occisum, quasi sanctum (more infidelium) vene- rantur, Cum vix pro talibus in ebrietatibus peremptis, Ecclesia permittat orare: dicit enim Apostolus. Ebriosi regnum Dei non possidebunt, Illam ergò non præsumatis de cætero colere: cum etiam si per eum miracula fierent, non liceret vobis ipsum pro sancto, absque autoritate Romanæ Ecclesiæ venerari.